clesia suffragatur auctor reconciliatur· Eadem diuini
operis misericordia ⁊ diuersa pro meritis nostris gra
cia Ouis a pastore lassa reuocatur Dragma que peri
erat inuenitur ad patrem filius suis vestigijs redit et
plena condemnati erroris regreditur penitencia Oues
sumus oremus vt super aquam refectionis nos col lo
care dignetur Oues inquam sumus pascua petam?
Dragma sumus precū habeamus· filij sumus ad pa
trem venire festinemus Nec veretis ne te non recē
piat· non enim delectatur deus imperdicione viuorum
Jam occurrens venienti tibi cadet super collum domi
nus erigit elisos osculum dabit quod est pignus amo
ris stolam anulum calciamenta proferri iubebit· Tu
adhuc muriam metuis ille restituit dignitatem· Tu
supplicium vereris ille osculum defert Tu conuiuium ti
mes adornat ille conuiuium facile reconciliatur quādo
impensero rogat· Ideo discamus q̄li pater obsecracionem
sit ambiendus Pater inquit q̄ misericors q̄ pius q̄
nec offensus patrium dedignatur nomen audire Pater
inquit peccaui in celum ⁊ coram te· hec est prima con
fessio apud auctorem nature apud solem misericor
die arbitrum culpe Sed et si deus nouit omnia voces
tamen tue confessionis expectat· Ore enim confessio
fit ad salutem Confiteri magis vt interueniat p te x̄ps
quem aduocatum habemus apud patrez roget ecclesia
illacrimet populus nec petare ne nō impetres Aduo
catus spondet veniam patronus promittit gracias re
conciliacionem tibi paterne pietatis pollicetur assertor

Crede qz veritas est acquiesce quia virtus est habet causam vt p te misereatur ne p te gratis mortuus sit habet 7 causam ignoscendi pater quia quod vult filiꝰ vult pater Occurrit tibi quia audit te intra mentis secreta tractantem Et cuꝫ adhuc longe sis vidit 7 occurrit videt in pectore tuo 7 occurrit ne ꝗs impediat complectitur quoqz in occursu penitentia est in amplexu dementia 7 quasi quidem patrij amoris affectꝰ supra collum cadit vt iacentem erigat 7 oneratum peccatis atqz in terrena deflexum reflectat ad celuꝫ in quo suum querat auctorem Cadit in collum tuum ipꝰ vt cervicem iugo exuat seruitutis et collo tuo iugum suaue suspendat hec Ambro. Considera nunc ex premissis qꝫ multis modis inducat nos deus vt pusillos et humiles diligamus nec aliquez ex his contemnamus sed salutem eorum cum diligentia queramus. Vnde Criso. Vides per quod inducat nos ad vitium fratrum diligentiam ne vtiqz contemnamus tales animas Etenim hec omnia dicta sunt propter hoc. omnia ergo sint tollerabilia propter salutez fratris Ita enim studiosissimum quid deo est anima est vt nezꝫ proprio filio peperat Ideo rogo mane apparente confestim excutes a domo hanc vnam intentionez habeamus et id ē ad omnes studium vt eum qui perditur eripiamꝰ non dico hoc solum sensibile periculuz sed id quod est anime id est a dyabolo hominibus infertur hec Criso.

Sequitur Oratio

Uem dñe ihu quere seruum tuuz. veni pastor bone quere errantē et lassam oue tuā Veni sponsa matris ecclesie quere dragmā perditam. veni pater misericordie reape filium prodigum ad te reuertentem veni non cum virga sed cum caritate et spiritus mansuetudine. veni ergo domine qui solus es qui possis errantem reuocare per diuz nuemire et profuguz reconciliare veni vt facias salutem in terris gaudium in celis et conuerte me ad te et da michi veram et perfectam penitentiam agere vt sim angelis causa letitie domine deus salutis mee.

De modo correptionis fraterne et de dimittēdo fratri septuagies septies Capitulum octauum

Qz dominus gaudet de peccatore cōuerso cōsequenter dat modū reducendi peccatorez ad ouile dominicū et quomodo peccati periculum fratris p correptionē fraternam Circa hanc vero correptionez fraternam est sciendum quod corripere peccantem est preceptum affirmatiuum 7 est omnium in omnes qz sm Glosam ita peccat qui fratrem suum peccare videt 7 tacet sicut qui peccanti non indulget. Ista enī correptio ordinatur ad emendationem fratris peccātis 7 iō ē actus caritatis 7 pertinet ad omnes ꝗz vt dicitur in ecclesiastico vnicuiqz mādauit deus de proximo suo 7 ideo sicut quilibet tenetur proximum ex caritate diligere ita tenetur defectus eius caritatem ad emendationem eius corrigere Plus tamen ad hoc iis gantur prelati qꝫ alij quia prelati 7 ex zelo caritatis 7 ex officio prelationis sed alij tantum ex zelo caritatis Item prelati habent corripere verbo 7 flagello alij tm verbo Et cum sit preceptum affirmatiuum ligat semp sed non ad semper exequendum sed pro loco 7 tempore quando licet 7 expedit 7 homo credit qꝫ correptio sit vtilis apud illum quem corrigere intendit. Sunt aūt quinqz casus in quibus absoluitur homo ab isto precepto Primus est cum non sit aliqua spes correctionis Vnde Iero. Frustra miti et michil aliud qꝫ odiū queritur extreme dementie est Secundus cum timetur defectus probationis 7 criminaliter agitur vbi sez actor ad talionem si in probatione deficiat obligat Tertius cum prelato tamꝫ tuta notum est factū quia ille notorius est et conuictus Quartus cum meliori operi vel ad minus eque bono vacat sicut monachi facere debent Quintus cū multitudo vel potestas est in culpa vbi correptio plus noceret ecclesie qꝫ p desset. Vnde ē versus nōspes non testis plebs presul scit monachus sim Ostendit ergo hic debitum modū correptionis huius 7 quis ordo in processu eius sit seruandus Quia peccatum fratris aut est tibi soli cognitum aut alijs paucis est notum aut publicum. Si tu solus scis non vt deus per confessionem sed vt homo per certam cognitionem debes ipsum corrigere amicabiliter secrete 7 seorsum Vnde dicit Si peccauerit in te id est sm Augꝰ te sciente frater tuus sez proximus corripe 7 increpa eum dulciter et caritatem mouendo secrete inter te 7 ipsum solum vt non deducatur in publicum quod est occultum vt sis sic emendator non criminis proditor intendens correctionem parcens pudori ne si publice correptus semel pudorem aut verecundiam amiserit in peccato permaneat 7 pertinacior effectus difficile emendabilis maneat Forte enī pre verecundia magiet defendere peccatū suum 7 quāuis facere correctionem facias peiorem. peccat ergo frater in illos quibus scientibus peccat qua quantuz in eo est exemplo corrumpit quo testes sue iniquitatis efficiat Corripe inꝫ eum non laudes adulando non oderis conuiciando non fileas verecundando non negligas pigritādo nō dissimiles inimicaris vl damna temporalia metuendo nos timeas obsequium prestando Vnde dicit. Seneca Amica vitia si feras facis tua bis peccas cum peccanti obsequium accomodas hec Seneca Et si te audierit penitendo 7 a peccato cessando lucratus eris illum animaz eius saluando 7 eius reuocando cedet tibi in lucrum spirituale sez salutis anime tue quia vt dicit Iero. per salutez alterius nobis quoqz acquiritur salus Et certe libenter ac patienter debet quis recipere correptionez propter anime sue vtilitatem Vnde Seneca Moneberis libenter reprehenderis patienter Si merito obiurgauit te aliquis scito quia profuit si immerito scito qua prodesse voluit. Non acerba sed blanda verba timeas. hec Seneca Si aūt te non audierit taceas 7 cessa donec aliā viā

procedēdi habeas · alia aūt via potest haberi dupliciter quia illud peccatum aut est iterabile aut non · si sit iterabile debes aliquibus homis qui velint proesse aliquid dicere per quod possint eum deprehendere vt tecum possint eum corripere Si aūt non sit iterabile mchils omnius coram talibus potes eum corripere vt de illo pemteat ⁊ de simili sibi timeat nec es ꝓditor fratmi ei mimis sicut dicit Aug⁹ · Si ergo p primā viam peccatoz non emendetur adhibe tecū vnum vl duos ita qđ sm Iero · cū peccatoz non audit corripientem m secreto primo debet adhiberi vn⁹ qui sm Aug⁹ vult ꝓesse non obesse Quod si nec illum audierit adhibeatur et teraus vel corrigendi studio vt sez aut āmomcoē aut pudore corrigatur conuemēdi eū sub testib⁹ vt de peccato onmicatur · vel sm Glosam si dixerit non esse peccatum probent contrarium vt in ore duozum vel tmum stet omne verbum · Si ergo peccatum ozaco est occultuz tunc frater corripiatur occulte · Si aūt ē publicum tunc debet corripi publice quia tunc non solum opus est vt ipse emendetur sed et alij quos scam dalizaut in eius pumcione edificentur et eius exemplo alij timeant et a malis coherceantur Et si non ꝓsit secunda via addit dominus terciam que habet vim coactiuam dicens Quod si eos sez tercz corripientes commonentes non audierit se corrigendo dic ecclesie id est prelato per denunciacionem publicam sibi mittmando vt qui prius eius corrector propter eius pertmaciam fias accusatoz et tunc sunt testes inducendi ad fratri probacionez qui prius fuerant inducti ad fratris secretam ammocionem vt qui emendare noluit correctione fraterna in iudicio conuictus coherceatur a malicia Quos aūt non potes corripiendo aut monendo vel accusando conuertere studeas saltem orando acquirere demde ad penaz peccantis publice procedit dicens Si aūt et ecclesiam non audierit preceptum prelati contemnendo sit tibi sicut ethnicus et publicanus m numero fratrum non ponendus siue computādus id est separetur a comunione fidelium per excomunicacionem et censuram ecclesiasticam et deuita euz tamq̄ hereticum ⁊ excomunicatuz vt vel saltem pudore corrigatur ⁊ obprobrijs saluetur Ethnicus dicitur gentilis · ethna enim grece gens dicitur latine publicanus dicitur qui lucra seculi sectatur per fraudes furta et periuria vel q̄ publicozū exactoz est vectigalium Proponuntur aūt isti in exemplum quia apud iudeos quasi excomunicati habentur Non enim eis contrahitur Et in hoc culpa eis⁹ ex pertinacia magis detestabilis ostenditur Detestabilioz enim est in eodē genere peccati et paribus alijs circumstancijs qui sub nomine fidelis agit opera infidelium q̄ qui aperte infideles sunt et gentiles Nec tamen ideo negligenda est salus eius Nam et ipsozum gentilium et publicanozum salutem semper inquirim⁹ Prima ergo correpcio est amoris secunda timoris · tercia pudoris qua primo super renocandus est amore et si hoc non proficiat renocādus est timore ⁊ si hoc nō sufficiat renocand⁹ est pudore · sane predictus ordo fraterne correpcionis intelligitur tantum de criminalibus Volent aūt claustrales se in suis capitulis accusare non premissa ammonicione caueat tamen accusans ne hoc ad infamandū sed ad corrigendum faciat quia aliter grauiter peccaret · feliciorē qui seipsum accusat et accusacionem alitnde non expectat Et ne quis superbus sequestracionem vel excomunicacionem talem contemneret · potestatez tribuit apostolis vt sciant qui a talibus damnantur eorum sentencam non contemnandam quia robur et firmitatem habet a deo confirmante in celo qđ mmister eius fiat in terra Vnde dicit Amen dico vobis quecumq̄ ligaueritis super terraz id est in ecclesia militante ab ea excludendo erunt ligata et in celo id est in ecclesia triumphante quia talis sentencia confirmabitur diuino iudicio et quecumq̄ solueritis super terraz vocando ad ecclesie vnitatez erunt soluta et in celo per diuinā approbacionem ac si dicat · Sentencia nostra firma stabit in abiciendo contumacem ⁊ in recipiendo pemitentez adhibita tamen debita diligencia inferendo sentenciam Siue aūt iuste siue iniuste proferatur semper sentencia pastoris timenda est ne forte culpa que non fit ex opere fiat ex elacione hoc dicit ad commendacionem auctoritatis ecclesie et ad terrorem peccatorum vt coherceantur a malis et pemitent de commissis quando audiunt quod hic in terra propter culpaz ligati ligantur ⁊ in celis Quando vero hic generaliter omnibus dicitur dictum fuit supra petro singulariter in quo tamen omnes intelliguntur Demde vt peccatores non contemnāt penaz qua ab ecclesia excludūtur ponit duo comoda ex vnitate ⁊ comunione ecclesie quibus ab ecclesia preciise ⁊ excomunicati priuantur · primum tangit cum dicit · Si duo ex vobis cōsenserint in terra per vnionē fidei ⁊ nexum caritatis super terram vbi est opportunitas merendi vel demerendi ⁊ de alijs iudicandi de omni re quamcumq̄ petierunt cum fide ⁊ sine hesitacione fiet illis merito vnitatis a patre meo celesti · Semper ergo orantes et audiunt concurrentibus odicōibus ad hoc reqsitis vt sez orent pro se ac pie ⁊ perseuerantes ⁊ petant expedientia sez ad salutem pertinencia ac dei ordinacioni conuenientia ⁊ si digni sunt ipsi qui petunt · Et ideo si non audiuntur ideo fit quia in aliquo horuz deficiunt · sepe etiam pro alijs exaudiuntur ⁊ si non oratio eoz in finem eorum conuerteretur Vbi origines Et istā ē eaz causa propter quod nō exaudimur orantes quia non consentimus nobis per omnia super terram neq̄ dogmate neq̄ conuersacōe Sicut enim in musica nisi fuerit conuenientia vocum non delectāt audientem sic in ecclesia nisi consensum habuit nec delectatur deus in ea nec audit voces eorum · Vnde et Iero · possumus ⁊ hec spiritualiter intelligere q̄ nisi spūs ⁊ anima corpusq̄ cōsenserint ⁊ non intra se bellum diuersorum habuerint voluptatum de omni re quam petierint impetrent

a patre Nulli dubium est quin bonarum rerum postu
lacio sit vbi corpus vult habere ea que sunt spiritus.
Hec Iero. Secundum comodum est quia vbi duo
vel tres multomagis vbi plures cõgregati fuerint id
est vnti p fidez et caritatem non diuisi p discordiam
dissensionez non dispi pterrenaz rez cõcupiscenaã
non segregati per singularitatem in nomine meo id
est ad salutem propriam vel alienam querendam ad
gloriam nominis mei manifestandam Vnde Raban?
In nomine meo congregati sunt qui ipsius gloriaz
emulantur ipsius spiritu feruent ipsum in omnibus
et per omma fidei oculis et mundo corde non desinunt
inueri Vbi sum in medio eorum fauens eis et acqui
escens bone voluntati et petiaoni eorũ ac iuuans eos
in omnibus Ipse enim qui est pax et caritas ac sum
mum et commune bonum sedem atqz habitaconem sibi
in bonis atqz pacifias collocauit qui cum patre celesti
vnus deus qui iuste petunt in fide et graa ipsius cõ
gregati concedit et fiat. vbi Criso. non dicit simplici
ter vbi congregati fuerũt sed addit in nomine meo
Quasi dicat si quis propter me primapalem amiaae
causam ad proximũ habuerit cum eo ero et sic in alijs
virtuosus erit Vbi et Rabanus Amat medium me
diatoz dei et hominum qui in medio doctorum muen
tus est medius stetit ad baptismuz medius pependit
in cruce resurgens quoqz stetit in medio discipulorum
medius quoqz ad iudiciuz veniens separabit agnos
ab edis hec Rabanus Ecce premiũ concordie ad quaz
totus iste sermo vocat Vnde Iero. Omnis superior ser
mo nos ad concordiam prouocaret igitur et premiũ
pollicetur vt solliaus festinemus ad pacem cum se
dicat inter duos vel tres mediũ fore hec Iero. Consi
dera nunc quantã caritatem et diligenaam arca proxi
mum ostendere debemus vt ipsum ab errore reuocez
mus Non est enim maioz caritas quam fratrem errã
tem corripere et pro eo mori Sed heu in pauas vera
caritas et dilectio que propter xpm est experitur et in
multis dilectio et amiaaa ficta reperitur Vnde hic ait
Criso. plures videmus alias habentes amiaae occasi
ones hic enim quoniam diligẽter diligit. ille aũt quo
niam honoratus est ille autem qm in alio quodã ne
gocio seculari fuit vtilis. ille aũt propter aliud tale
propter xpm autem difficile est inuenire aliquẽ ꝓxie
et vt oportet diligere eum proximum quem diligit si
omnia perscrutantes inueniemus apud multos amia
cias poeticas et ficticias magis quam hoc Hec Criso.
Quia vero dominus supra loquens de correctione fra
terna induxit vt peccanti et penitenti remittatur iniu
ria ne dubitetur de numero querit petrus caput disci
pulorum quoaens fratri peccanti sit remittenduz et pe
tit si sufficiat ad salutem dimittere septies peccanti in
eum Qui interrogaaom benignus et misericors dñs
respondit qõ nõ solum septies sed septuagies septies
remittenduz sit Secñ Augu? solet p septem cuiuscli
bet rei aut tẽporis vniuersitas indicari vnde qõ in psal
mo camtur septies in die laudez dixi tibi michil aliud ẽ
quam semper laus eius in ore meo vndenarius vero
transgressionez significat qua vbi transgrederis den
arium in quo decalogus cõsistit ad vndenarium vadis.
Transgressio autez peccati est/omẽm ergo trãsgres
sionez et iniuriam ac omnia peccata intelligi et dimitti
voluit quando septuagies septies dixit qz ex numero
vniuersitatis et ex numero transgressionis id ẽ ex sep
tem et vndecim est compositum quia si vndecim ducas
septies fiunt septuagies septies vel ponitur hic nume
rus determinatus pro indeterminato. Ac si dñs eundez
Aug? diceret toaens quoaes h ẽ omnino qaeuis cuiqz
peccauerit toaens dimittas. ille vero numerus poa?
ponitur qz aliquis altus quia ab adam vsqz ad cristuz
fuerunt septuaginta septez generaciones Et ideo sicut
xps toaus humani generis deleuit culpas sic et homo
omnes suas debet dimittere iniurias. Si enim crist?
milia peccatorum inuenit et tamen omnia donauit no
bis subducere misericordiam Vnde dñs Criso. cum dicat
septuagies septies non numerum certum et determina
tum ponit sed quasi infinitum quod continue et semper
est significauit Et dñs Iero. septuagies septies acci
pitur pro septies septuaginta vel septuagies septem
id est quadringentis nonaginta viciby vt toaens pec
canti fratri dimittas in die quoaens ille in die pecca
re non poterit vel quoaens peccauerit vt non sit mo
dus in re nec numerus in remittẽdo sed semper dimit
tas Et sic prima exposiao refertur ad omnem iniuriã
secunda ad omne tempus. Vnde Beda Septenario
numero non venie dande terminus ponitur sed vel
omnia peccata dimittenda vel semper penitenti dimit
tendum precipitur Solet enim sepe per septeni cuius
libet rei aut temporis vniuersitas indicari. Et iterum
caute intuendum est quia non passim peccanti sed pe
nitenaam agenti dimittere iubemur et primo quidem
peccantem misericorditer increpare vt sit cui post mo
dum habeamus iuste dimittere Qui ergo videz fra
trem peccare tacuerit non minus dominici precepti
transgressor ẽ qz is qui eidem penitenti veniam dare
noluerit qz q dixit si penituerit dimittere ꝑmisit si pec
cauerit increpa. itaqz vemia fratri post increpacõnẽ lar
giẽda h illi vtiqz q se penitẽdo ab errore cõuertit ne vl
difficilis vemia vl remissa sit indulgẽda hec Beda. pec
cãtem itaqz vt cõuertaẽ corripiam? et penitẽte soaa ca
ritate colligamus donantes nobis metipsis dñs Apos
stolũ sicut deus in xpo donauit nobis Vnde Ambro.
discas frequenter ignoscere nec indignaaonem tene
re Nichil enim est quo possit offendi cui ignoscendi
est consuetudo discere donare iniurias tuas quia perse
cutoribus suis xps ignouit hec Ambro. Vtrumqz aũt
teneatur quis remittere iniuriam inimico non petenti
est distinguenduz Ex iniuria enim oritur primo rancor
in affectu. secundo rancoris signum in effectu Primũ
tenetur quilibet statim remittere eaz si iniurias non
petat veniam Secundum tenetur remittere iniurias

veraciter petenti id est parato emendare fm suam facultatem ⁊ tenetur ei dicere aue et subuenire sibi si indiguerit quod non petenti facere non tenetur nisi prefectus fuerit licet ergo non agatur hic nisi de dimissione petentis tamen ⁊ petenti et non petenti debetur quilibet rancorem odij dimittere. Alioquin vero haberet caritas et ī articulo necessitatis necessaria et ministrare Perfecti vero qui omnia reliquerunt et petentibus et non petentibus tenentur venam dare obuios in via salutare arca articulum necessitatis necessaria ministrare et multa in hunc modum facere ad que non tenentur imperfecti Utrum vero ille cui facta est iniuria debeat amicaā querere Sciendum ꝙ duplex ē debitum primum est necessitatis sine q̄ non est salus Secundum est perfectionis · Quantum ad primum debitum non tenetur quis reconciliationem querere ꝙ de secundo dicit Criso · ꝙ talis debet reconciliationē querere vt duplicem coronam assequatur. vnam quia iniuriam passus est alteram quia prior rogauit · Vnde iterum idem Criso · Excogita quantum noxius es ⁊ nō solum non moram facies ad remissionem que tibi ingustiam fecerat sed et curres ad eos qui contristauerunt vt fiat tibi remissionis occasio vt inuenias cum ratione proprios malos mercedē meffabilem determinat deus vt preuenias illum qui iniuria tibi fecit qui si rogatus reconciliatus fuerit non adhuc dei precepto facta est amicaā sed studio illius itaq; sine corona abscedis illo beatus acapiente sed mala passus es. ꝙ nichil tantū quantus tibi ipsi operaberis malum rememorans Sed et non possibile est virum bonum aliquod malum pati · si aūt dixeris quomam inflamatus es contumelie memorans recordare si aliquid factum est tibi bonum ab eo qui te contristauit ⁊ quot tu alijs feasti mala · male tibi dixit et cōfudit reputa quomiaz et tu alijs dixisti · Qualiter igitē poteris venia in quibus alijs non paras · sed mihi male dixisti sed audisti dicentes et accepisti neq; hoc est in noxium · nichil autem ita dilectionem conseruat vt nō memini sse eorum qui in nos peccauerunt hec Criso · Aduertendum tamen ꝙ licet offensa sit semper remittenda non tamen iniuria Si enim ex remissione iniurie et bene debite consequeretur promtas in eo cui remittitur ad facilius peccandum non esset bonum et remittere · similiter si ex tali remissione esset scandalum aliorum et obmissio rastiae Et sic in casibus consimilibus intellige · dimittamus ergo debitoribus nostris debita pene peccati si penitent in nos peccasse dimittere vero quod quis in deum peccat non est nostri arbitrij Sed vt dicit Iero. nos econtrario in dei iniuria benigne sumꝰ in nris contumelijs odia exercemꝰ

Sequitur Oratio

Omine ihu xpe michi indigno propicius concede vt fratrem peccantem verbis oportune corripiendo emendem et si non verbis saltem orationibus et bonis exemplis hoc facere non desistam · da michi eā in vnitate ecclesie et caritate fraterna permanēdo merear in orationibus exaudiri et te per fauorem et auxilium in medio nostrum experiri qui habitationem tibi in pacis collocasti Insuper ⁊ hoc tribue michi vt quocunq; cumq; peccauerit frater in me tocens dimittam ei ita ꝙ nec rancor in me nec rancoris signum exterius in me valeat aliqualiter inueniri seu reperiri Amen

De rege rationez cū seruis facēs Capitulū nonū ·

Quod autez dimittendum sit fratri peccanti et non tantuz septies sed septuagiesseptiens et ꝙ hoc non deberet alicui graue aut difficile videri si attendatur ꝙ deus maiora remittenti in se peccanti ostendit dominus per exemplum quia magis sumus debitores dei ⁊ plus offendimꝰ eū quā homo possit offendere primuz Tanta enim est offensa quantus est ille q̄ offenditur Deus aūt est infinitus et ideo offensa in ipsum cōmissa quandam habet infinitatem Et cum quocunq; cumq; offendimus tocens ipse paratus est remittere dum tm velimus veraciter penitere · ergo si ipse qui est dominus et rex omniuz dimittit seruo multo forcius et nos debemus dimittere peccanti in nos fratri et proximo · Et ideo pro exemplo ponit parabolam de rege qui voluit rationem ponere cum seruis suis ⁊ in fine applicat parabolam ad propositum dicens Sic et pater meus celestis faciet vobis Similiter eciam deus ponit rationem cum seruis scz hominibus Nam omnium actus diligēter discutit ⁊ merita cuiusq; examinat ⁊ hoc per scripturas per creaturas per confessores per illuminationem proprie conscientie volens rationem de factis humanis exigere potest ergo parabola ad propositum aptari et sic expon Simile est regnum celorum id est status ecclesie militantis seu presentis temporis q̄ regnum celorum dicitur tum quia legibus celi subiatur tum quia de ea ad celum peruenitur homini regi id est xpo qui est verus homo ⁊ verus deus rex regū et dominus dominantium qui voluit rationem ponere cum seruis suis scz hominibus quoruz est dominus q̄ ad ipsum pertinet examinatio meritorum quorumlibet ⁊ singulorum Et notandum ꝙ deus ponet nos ad racōnem de omnibus bonis nobis commissis de bonis obmissis itemq; de malis a nobis commissis ⁊ de malis nobis dimissis De primo est parabola de villico iniquitatis ⁊ ista computatio multuz timenda ē Multa enim bona nobis commissa sunt ⁊ magni valoris scilicet bona nature gē et fortune de quib⁹ omnibus oportet reddere rationem qualiter eis vsi sumus Et si non haberemus reddere rationez misi de tempore missum esset nobis timendum Omne enim tempus homini impensum requiretur ab eo qualiter fuerit expensū et vna hora tēporis potest homo absolui a debito ⁊ regnum celorum lucrari . De secundo est parabola de talentis et hec eā computatio multū est timenda cum dominus dicat ibidem inutilem seruum proiciendum

in tenebras exteriores De tercio computacio eciā multum est timenda cum dominus positurus sit racionem eciam de cogitacionibus ⁊ verbis ociosis· De quarto est parabola presens et hec computacio multum est timenda propter viarum ingratitudinis quod est valde periculosum Et cum incipit racionē ponere id est merita et conscienciās examinare in qua examinacione modo sumus sed postmodum dabitur de nobis sentencia sm merita offertur et vnus debens decem milia talenta id est obligatus ad magnam penam ꝓpter multa peccata In debito istius denotatur gutas et numerositas peccatorum ⁊ acapitur determinatus numerus ꝓ indeterminato Vnde Aug⁹ Quia lex in decem ꝑceptis cōmendatur ille debebat decē milia talentorum ꝑ quod omnia peccata designantur q̄ sicut cōtra legē fiunt cui aūt non habet vnde reddat id est cum non potest viribus suis deo satisfacere pro peccatis· homo enim per se potest ruere sed non resurgere per se offendere et peccare ac per hoc debitum contrahere sed non per se satisfacere nisi gracia dei accedenti et si homo pro vno tantum peccato non sufficiat satisfacere multomnius pro decem milibus peccatorum talentis iubet eum dominus suus venundari in seruitutē pene· qua sm Remigi· precium huius venditi supplicium est damnati et vxorem eius id est concupiscenciaz ex qua concipiuntur mali filij et filios eius et mala opera In homine enim spiritus est vir sensualis mulier per quorum commixtione filij id ē opera generantur Vxorem ergo et filios venundari est pro concupiscencijs interioribus et malis operib⁹ exterioribus penam soluere quod est precium eius Et omnia que habet scz temporalia qua tota substancia sua pro magnitudine delicti traditur quandoq; extraneis vel omnia que spiritus habet sunt vires anime et corporis et eciam bona exteriora que omnia in penā commutantur vt pena dominetur et q̄ntum ad omnia in quibus peccauit· vnde subditur et reddi· Tunc enim debitum peccati redditur cui pro eo pene ꝑsolutur· procedens autem seruus ille et peccator per penitenciam humiliacionem sui qui prius quasi colluz contra deum erexerat obmixe rogauit eum dicens patienciam habe in me donando michi vite et penitencie spacium condonando delictum relaxando supplicium ⁊ omnia reddā tibi opera meritoria faciendo ⁊ me emendando tua patiencia expectatus tua gracia preuentus tua misericordia admirus Misertus autem dominus q̄ misericors et miserator dominus paratus ē misereri ⁊ parcere vere penitentibus sm illius sic procedentis in contricione sic dicentis in confessione sic promittentis in satisfactione dimittit eum liberum et a captiuitate culpe et debitum dimittit ei relaxando reatum pene eterne dimittit totum quia plus dat q̄ rogetur Vnde Crisos· Vide misericordiam dei peciit dilacionem ⁊ accepit omnium peccatorum remissionem Egressus autz de obligacione peccati seruus ille a debito liber sed iniquitatis seruus ⁊ misericordie inuentus oblitus· inuenit vnum de conseruis suis id est de peccatoribus ⁊ hominibus qui sunt serui dei cum ipso omnes enim conserui ⁊ vnius domini serui sumus et nos angeli qui debuit ei centum denarios id est parum offendit euz et in modico tenetur respective quia offensa in hominē modica est respectu offense commisse in deuz Inuenit autem in animo per recordacionem iniurie ⁊ tenens suffocat eum strangendo ⁊ artando quia crudeliter cogit eum reddere et satisfacere ille tenet debitorem qui offensam tenet in memoria qui nostra ⁊ odium seruat in corde suo Suffocare est strangulare vel stringere per gulam ⁊ quia gutture loquimur ille suffocat primum qui verba excusacionis non audit in quo ostenditur austeritas in repetando vindictam a proximo Vnde Remigi⁹. Conseruum suffocare est in fratrem per vindictam exardescere tenens ergo suffocat eum dicens Redde quod debes scz tormentum pro iniuria pro verbis verbera Et procedens per penitenciā rogauit eum dicens patienciā habe in me id ē per te michi et omnia reddam tibi quasi dicat paratus sum sm possibilitatem meam satisfacere Et vt dicat Remigi⁹· emēdabo iudicio vel consilio ecclesie quod deliqui attende q̄ eadem verba protulit conseruus supplicans quibus ipe seru⁹ supplicādo a dño remissionē meruerat mali seru⁹· ß vt dicat Crisō· hec verba īgratus seru⁹ reuerit⁹ nō ē quibus saluatus est ille aūt non vult habere patienciam prestando dilacionem nec vult dimittere sine vindicta rancorem ostendens credulitatem in mō repetendi vindictam Vnde Aug⁹· non talem inuenit iste conseruum qualem ille inuenerat dominum peciit ille dilacionem ⁊ meruit remissionem Iste qui misericordiam petebat dilacionis sensit penam suffocacionis Sed abiit in via cayn a naturali pietate recedendo ⁊ a familiaritate ⁊ amicicia proximi se elongando ⁊ alienando ⁊ mittit eum in carcerem crudeliter affligendo donec reddat debitum plenarie ⁊ ad nutum satisfaciendo Hic carcere infernus potest intelligi· Tociēs vero peccantem in nos proximum in carcerem mittimus quociens eius culpe nos non indulgemus· quantum enim in nobis est dum non paramus carceri damnamus· Videntes autem conserui eius scz angeli qui sm apoca· conserui sunt nostri quia eiusdem domini sumus serui que fiunt scz crudeliter a seruo in conseruum suum omnia enim opera que agimus ⁊ supplicia que patimur vident ⁊ coram deo representant· Tres enim testes habem⁹ a q̄bus nō abscondimur ß deū āgelos sanctos et demones Videntes mg̃ contristati de ingratitudine et culpa serui de afflictione ⁊ pene conserui· Angeli contristantur ad culpam letantur ad penitenciam et ferunt animas ad gloriaz ⁊ narrant domino suo omnia ad deum referendo conquerendo ⁊ auxilium implorando Vel isti conserui sunt ecclesiarum ministri ac q̄q fideles ⁊ iusti qui videntes crudelitatem hominum erga proximos vel aliquem fratrem remissionem peccatorum adeptū nō velle misereri conserui sui cōtristāt

qua ad eandem virtutem pertinet gaudere de bono et
contristari de malo ⁊ narrant domino qz in oratione
petunt a domino talia vindicari ad detractionem iusti-
tie non ex liuore vindicte vt dommo narrare est do-
lores ⁊ contractiones cordis in suo affectu deo demō-
strare vel cum veniunt ad dominum id est ad prela-
tum qui vicem dei gerit in terris denunciant ei mala
facta ad finem correctionis Tunc vocat eos dominus
per sententiā mortis ⁊ de hoc seculo migrare iubet vt
de omnibus racionem reddat Unde Remigi⁹. hec voca-
cio fit modo intus in conscientia sed fit extrinsecus in iu-
dicio Et ait illi. Serue nequam quia non est equus
sed iniquus recipiendo misericordiam et reddendo in
misericordiam seu iniuriam omne debitum dimisi tibi
et magnā offensā in me commissam In hoc ꝑm Crisō.
patet magnum esse peccatum ingratitudinis Nam pri-
mo quando debitor erat decem milia talentorum non
eum nequam appellauit non sibi insultauit sed vbi in
curavit viaum tante ingratitudinis animo irato ait ei
Serue nequam quia peior est effectus ꝙ primo.
Nā ꝑm Grego. sicut boni contumelijs efficiuntur me-
liores sic semper reprobi de beneficio efficiuntur peio-
res Nonne ergo oportuit ⁊ te misereri cōserui tui re-
mittēdo parua sicut ⁊ ego tui misertus sum remitten-
do maiora Nulla quippe interuenente satisfactione ꝙ
ob hoc solum qua rogasti me. Rogasti dilacionem ꝙ
meruisti remissionem oportuisset quidem vt tali pro-
uocatus beneficio totum eam debitum relaxares ro-
gantis Sed tu eam quod minus est facere noluisti
qua dilacionē concedere recusasti Ubi Crisō. si graue
videtur damnum afficere debuit lucrum si graue vide-
tur preceptum recogita premium si graue sit remitte
re ei qui contristauit grauius est ingredi in gehennā
Sedm Remigium seruus iste nullum responsum le-
gitur dedisse domino in quo demonstratur ꝙ in die iu-
dicij ⁊ statim post hanc vitam cessabit omnis pecca-
ti excusacio Et iratus dominus non per affectum sed si-
militudine effectus hominis irati id est ad modum ira-
ti se habens penam inferendo se tradet eum tortoribus
id est demonibus ⁊ ministris tartareis qui in hoc sunt
diuine iustitie executores qua tortores patimur in pe-
na quos passi sum⁹ suasores in culpa quousqz reddat
per penam vniuersum debitum commissum per culpā
et hoc erit eternaliter et imperpetuum. Quousqz enim
ponitur pro infinito sicut donec ponitur ibi non cog-
nouit eam donec peperit et est sensus semper et nunq̄
persoluet neqz reddet aliquando sed semper penaz luet
nunq̄ enim reddere poterit qua eternaliter damnatus
erit Nam in inferno semper est reddicio absqz acquisi
cione cum peccata semper remaneant sine fine qua
ibi non est locus redempcionis vel satisfactionis sed
condemnacionis et punicionis Quod autem hanc totā
similitudinem ad hoc actualiter ipse dominus eā mō
quo dictum est ad propositum adaptando exponit
dicens sic et pater meus celestis faciet vobis vniuer-
sum debitum a vobis exigendo et vos tortoribus tradi-
tos tradendo Sedm Crisō. non dicit pater vester ꝙ
pater meus Non enim dignum est hominis talis vo-
cari patrem deum qui ita perniciosus et odiosus est.
Ubi Iero. Formidolosa sententia si parua fratri nō di
mittimus magna nobis a deo non dimittentur et qz
vnusquisqz potest dicere ore michil habeo contra eum
habet deum iudicem qui simulacionem ficte pacis auf
fert dicens Si non remiseritis vnusquisqz fratri suo
non solum ore sed eam cordibus vestris non ficta
pace sed vera et integra dilectione. quia non sufficit
labijs dimittere nisi ora et corda conueniant Quidaz
autem dimittere nolunt omnino quia et maliciam in
corde et vindictam dum possunt exercent in opere.
Alij et si remittunt quantum ad vindictam seruant
tamen conceptum odium quantum ad maliciaz Sed
quisquis sibi a domino remitti desiderat oportet vt
vtroqz modo fratri remittat vt nec ope exerceat vin
dictā nec corde reseruat maliciam Qua ꝑm Grego-
si hoc quod in nos relinquitur ex corde non dimittimꝰ
illud rursus a nobis exigetur ꝙ nobis iam per peni-
tenciam dimissum fuisse gaudebamus Ubi ergo non
fuerit caritatis perseuerancia nulla est sufficiens peni-
tencia unde a peccatis soluto dicatur vade et amplius
noli peccare Seculares quoqz leges propter ingrati-
tudines quasdam reuocant manu missos ad priorem
seruitutem. sed ex hijs videtur ꝙ peccata dimissa rede-
ant propter iteratam peccati perpetracionem. Ad hoc
dicatur communiter ꝙ redemit per aggrauacionem pec
cati sequentis non ꝙ peccatum sequens sit eque gra-
ue sicut omnia precedencia sed qua grauius ē ex o-
peracione precedencium Unde exigitur ꝙ dimissus fu-
erat non in se sed quantum ad ingratitudinem dimis
sionis et ideo dicuntur omnia redire qua ingratitudo
est respectu dimissionis que omnium fuit et ita quod
ammodo respectum habet ad omnia dimissa Non er
go redeunt quantum ad maculam et reatum sed quā-
tum ad ingratitudinem Qui enim post acceptam re-
missionem ad peccatum redit magis delinquit ꝙ in-
gratus tanto beneficio extitit et ita ingratitudo peccatū
readmissionis aggrauat Quidam vero dicunt ꝙ pec
cata redeunt in quantos casibus sez propter odium fra
ternum propter apostasiam a fide propter contemptum
confessionis et propter dolorem de penitencia habita
Unde fūt versus Fratres odit et apostata fit spernit
qz fateri Peniteuisse piget prescīta culpa redit Facili
ter ergo et merito in te peccanti dimittas si quantum
tibi dimitti desideras veracter attendas. qz ꝑm Crisō.
et si septuagies septies peccaes dimiseris et si omnia simplicia
peccata concesseris continue proximo quantum gut-
ta aque ad pelagus infinitum tantomagis et multo
plus deficit tuus amor ad infinitam bonitatez dei cui⁹
in necessitate constitutus es cum iudicaberis et noxas
tribueris Et ideo bene peccata in deum decem milibus
talentis et peccata in primū centū denarijs cōparauit

quia eadem eadem peccata multo grauiora commissa sunt in deum quam in proximum Docemur ergo hoc loco vt sicut dominus nobis dimittit maiora peccata sic et nos dimittamus conseruis nris minora in nos commissa alioquin a nobis exiet debita vniuersa. Vñ Aug⁹. Omnis homo debitor est dei et debitorem habet fratrem suū Ideo deus Justus ostituit tibi regulam in debitore tuo quam faciet et ipse cum suo. Vnde et. Crisō. hec igitur omnia intelligentes et hec decem milia excogitantes saltem hinc festinemus ad dimittendū proxim⁹ parua et vilia. audiam⁹ immisericordes et crudeles quomā nō alijs sumus crudeles sed nobis metipsis Commemorari maloruz vis excogita quoniam tibi ipsi malorū rememoraris non alij quomiaz tua ligas peccata non proximi duo itaq; hinc querit et cognoscere aduersum peccata nostra et alijs dimittere et illud propter hoc vt facilius hoc fiat. Qui enim sua meliorat facilius ignoscet conseruo et non simpliciter ab ore dimittere sed et a corde. Reigitur dicas quoniam contristatus est et detraxit et decez milia opatus ē michi mala. Quanto enim dixeris tantomagis monstras eum benefactorem Dedit enim occasionem abluendi peccata tua quare quanto maiora iniusta tibi feat tanto maiorum peccatorum dimissionis causa tibi consistit. Si enim voluerimus nullus iniusta nobis facere poterat sed et inimica maxime prouerunt nobis Vide ergo quāta lucratus manfuere inimicoz ferens impudentius. primum quidem et maximum peccatorum remissionem. secundum patientiam et perseueranciam. teraum mansuetudinem et amorem hominum. quartum abita continue liberuz esse et a tristitia que hinc est cum hijs et venerabilis eris et ipe inimicas et si dēmones fuerint magis aūt neq; habebis iam inimicū ita dispositus. Quod autz ē maius et primū dei amicabam et si peccaueris vema peteris Et iteruz non memoriam maloz habeamus in eos qui ledunt Nam nobis profunt maxime mīi nosipsos vindicauerimus Caput ille gradas egisti tu pro mustica et glorificasti deum mīmitas fructificasti mercedes. Si autem otiauerimus pro eo deo factus es similis vides qualiter maxime lucrari ab alioz pfecutionem michil ita deum letificat vt non reddere malum p malo Imo reddere contraria munctum est nobis beneficia et oracones Nō est quod difficilius q̄ memoria malorum Hec igitur scientes humiliemur et debitoribus nostris eadem gradas agamus Sunt enī nobis si pharisei volumus maxime non solum indulgencia verum eciam mercedis occasio Pauca siquidez damus plurima recepturi Quid igitur expectis cum violēcia cū deceret et si ille vellet dare ei cōdere vt a deo totū acapias Nunc aūt omnia facis et litigas vt michil tibi dimittatur tuorum. Quotcunq; ergo debitores habes et pecuniarum et laborum omnes dimittens liberos deum expete remuneratorem Cuncta igitur et pecunias et peccata debitoribus nostris donemus vt nobis retribuao optata proueniat Quodq; negleximus p aliam explere virtutem hoc de obliuione admisse in nos malicie adipiscentes eternis pedamur penis hec Crisō. Attende et hic Bene. qui dicit Si magna mimis fuerit nunq̄ iudicabis tibi contumeliam fieri de inimico dices non nocuit michi sed ammam nocendi habuit et cum illum in potestate tua videris vindictā putabis vindicare potuisse Scito enim honestum et magnum vindicte esse genus ignoscere Et iterum in uariarum remedium est obliuio hec Seneca. Et nota hic q̄ secundum numerum gradus apostolia duodenum sunt duodecim modi remissionum Primus est babtismus Vnde in euangelio nisi quis renatus fuerit Secundus est caritas Vnde eadem in euangelio remittuntur ei peccata multa quomam dilexit multum Teraz est elemosina et caritas opera Vnde ꝓphetā si cut aqua extinguit ignez et ē Quartus est fletus et lacrime dicente domino quia fleuit in conspectu meo non inducam mala in diebus suis Quintus est cōfessio et penitencia Vnde psalmista Dixi cōfitebor et ē Sextus est afflictio corporis Vnde apostolus traditum huiusmodi hominem in interitum carnis vt spiritus saluus sit Septimus est emendacio morum vel remuneracio viciorum Vnde in euangelio Ecce sanus factus es iaz amplius noli peccare Octauus est intercessio sanctorū Vnde iacobus infirmatur aliquis inducat presbiteros et ē Nonus est misericordie et fidei meritū Vnde in euangelio Beati misericordes quomam ipsi et ē. Decamus est conuersio et salus proximorum Vñ iacobus Qui conuerti fecerit peccatorem et ē Undecimus est mutua remissio et indulgencia Vnde in euangelio dimittite et dimittemini et in hoc loco presenti. Duodecimus est passio martirij pro fide ecclesie Vñ latroni et penitenti ac patienti dicitur a domino Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso Ex hoc loco et plurimis alijs euangelij locis salubria habemus remedia contra malum desperacionis. Et ideo non desperet aliquis cum multos habeamus portus salutis. sed eñ desperasti propter peccati magnitudinem habes petruz qui negauit fidem quod est maximum peccatum et tū deus respexit eum Si desperasti propter peccati multitudinem habes mariam magdalenam que septem habebat demonia id est vniuersa peccata et tamen de ea dictum est dimissa sunt ei peccata multa Si desperasti propter peccati turpitudinem habes mulierem in adulterio deprehensam cui dictum est vade et amplius noli peccare Si desperasti propter peccati infamiaz habes matheum publicē in theolomo sedentem et tamē dominus dixit ei. sequere me Si desperasti propter peccati diuturnitatem habes latronez qui perseuerauit in malo vsq; ad mortem et tamen dictum est ei a domino hodie mecum eris in paradiso Si desperasti propter peccati crudelitatem habes paulum apostolum lapidantem stephanum de quo dictū est vas electōnis michi est iste Si desperasti propter readmissionē seu

peccati iteracionem ⁊ ingratitudinem habes hic auctoritatez expressaz de dimittendo fratri septuagiessepties Vnde Hern̄. Ommino propter mansuetudinez que in te predicatur curzimus post te domine ihu audientes q̄ non spernas pauperem peccatorem non horreas. Non horruisti confitentem latronem non lacrimantē peccatricem non chananeam supplicantez non deprehensam in adulterio nō sedentē in theolomo nō supplicantem publicanum nō negantem discipulū nō persecutorem discipulorum non ipsos persecutores tuos. Tam validus demiz es ad iustificandum quoz multus ad ignoscendum Curzit sponsa curzunt adolescētule sed que amat arcenatus curzit velocius ⁊ peruenit acius Vnde et Crisō. liberi quippe eos arbitrij creauit deus vt voluntate nostra cum adiutorio dei quod volumus faciamus Si publicanus es potes fieri euāgelista si blasphemus es potes fieri apostolus si latro es potes paradisi colonus effici. si magus es poteris deum adorare Nec est vlla malicia que penitencia nō soluatur Et ideo tamē p̄cipua maligmitatiz elegit xp̄s vt nemo vsq; in finem semetipsuz despiciat noli dicere perij. noli michi dicere peccaui Et quid iam medicum habes satisfactorem te ⁊ potentiorem q̄ misericordias tua est medicum habes voluntatem tuam si voluueris emendantem et potentem et cupientem. Cū enī non subsisteres fecit te et q̄ peruersus effectus es multomagis emendare te poterit Sed forsitan dices q̄modo poterit peccator similis esse sanctis noli requirere qua arte noli scrutari racionem sed credē dementie et benignitati diuine Sed dicas grandia sunt peccata mea et immensa scelera mea Et si quis est sine peccato Sed ego inquis pessime et super omnem hominem sufficiat tibi ad placandum deum peccare desinere et benefacere dic vt tu inquit prior iniquitates tuas vt iustificeris Recognosce quia peccasti ⁊ si agnoueris medicum correctionis factum est tibi suspira mestus est effunde lacrimas. Nec enim aliud quid effudit meretrix illa sed lacrimis penitenciam coegit et ipsa comite peruenit ad fontem hec Crisō. Vnde et Greg. Ab spei ergo certitudine nulla nos malorum nostrorum qualitas nulla quantitas frangat Idcirco enim omnipotens deus electos suos in quibusdam lapsibus cadere permittit vt alios in culpa iacentibus si toto ad eum corde consurgant spem venie reddat ⁊ eis paramenta penitencie viam pietatis aperiat quia qui miros a suis iniquitatibus iam sanatos aspiamus quid aliud q̄ superne misericordie pignus tenemus Et iterum quid itaq; in hac re debemus aspicere vbi immensam misericordiam conditoris nostri qui nobis veluti signo ad exemplum penitencie posuit eos quos p penitenciam viuere post lapsum fecit Etenim michil in his aliud video nisi ante oculos nostros posita spei et penitencie exemplo omnipotens deus Vbiq; oculis quos imitari debemus obiat vbiq; exempla sue misericordie apponit Vnde et Augu⁹. Quecumq; necessitas cogit peccatorem ad penitenciaz nec criminis quantitas nec temporis breuitas nec vite enormitas nec hore extremitas excludit a venia si perfecta fuerit voluntatis mutacio sed in amplissimos sinus mater caritas filios pdigos suscipit reuertentes. Et itez pater tradit filiū suū q̄s redimeret seruos misit spiritū sanctū q̄s seruos adoptaret in filios. filiū dedit in paupertē dempcōis. spiritū sanctū in p̄uilegium adopcionis. se totū seruat in hereditatē adoptatis. Nemo ergo de dei pietate diffidat q̄ maior est dei misericordia q̄ nostra miseria ⁊ quisquis ad eum toto corde damauerit exaudiet illum quia misericors est Tardius siquidez ei videtur peccatori venam dare q̄ ipsi peccatori accipere Sic enim festinat absoluere reum a tormento cōscienge sue quasi pius cruciat eū cōpassio miseri q̄ ipsum miserum passio sui. Vnde eciam Crisostomus Crede michi talis est erga hominem pietas dei q̄ nunquam spernit penitenciā si ei sincere ⁊ simpliciter offeratur eciam si ad ultimum quis venerit malorum ⁊ nolit reuerti ad veritatis viam suscipit libenter et amplectitur ⁊ facit omnia quatenus ad priorem reuocet statum Vnde super illo verbo cayn maior est iniquitas mea q̄ vt veniam merear dicit Augu⁹. Mentiris inquit cayn mentiris maior est dei pietas q̄ omnis iniquitas Ecce expresse apparet q̄ desperauit et ideo dicit Augu⁹. quod ipse plus turbauit deum in desperacione q̄ in fratricidio sicut iudas in desperacione q̄ in prodicione Vnde Hern̄. O res cōfusa O res mōstruosa peccator desperans de dei misericordia tūc cuncta peccata originalia mortalia venalia ab origine mūdi commissa diuine misericordie cōparata sunt quasi vna gutta ad pelagus totius maris Et breuiter dicendum ⁊m Augu⁹. et Gre. si vnus homo omnium hominum peccata perpetrasset et veluti cayn et iudas desperasset preterea illi deus veniam non dare futurasset si miser ille contritus veniaz rogasset deus pernrus illi veniam non denegasset Et testante Augu⁹. et Hiero. peccata preterita non nocent si non placent multum eciam speranda debemus in merito xp̄i sine quo nō possumus saluari In merito enim xp̄i radicata sunt omnia merita nostra siue satisfactoria pene siue meritoria vite eterne quia nec ab offensa creatoris sumus digni absolui nec immensitatez premij quod deus est digni sumus assequi nisi per meritum hominis dei Et precipue in merito passionis xp̄i est sperandum quia hec est miseris specialis solacium. Vnde Hern̄. passio tua domine vltimum refugium singulare remedium deficiente sapiencia non suffragante iustitia non sufficiente sanctitate succumbentibus meritis illa succurrit. Non solum autem a desperacione sed eciam a vana spe est cauendum quia vtrobiq; magnum est periculuz. Vñ Aug⁹. Et vtroq; homines peccatores sperando et desperando quid igitur agit deus cū peccatoribus vtroq; morbo illis qui spe peccant hoc dicit Ne tardes conuerti ad dominum neq; differas de die in die Subito

emim veniet ira illius et in tẽpore vindicte disperdet te illis qui desperacone periclitantur quid dicat in qua cumq; die iniquus cõuersus fuerit omnes iniquitates eius non obhuiscar ꝓpter illos ergo qui desperacone periclitantur proposuit eis indulgẽcie portum propter illos vero q̃ spe periclitantẽ et dilacionib; illudunt fiat diem mortis incertum quandoq; veniet vltimus dies vestis Ingratus es qz hodiernum habes in quo corrigaris Et iterꝝ ne desperando augeamus peccatum datus est nobis penitencie portus rursus ne sperando augeamus datus est nobis dies mortis incertus ·Et iterum latro agnouit petrus negauit In petro demõstratur quẽq; iustum non de se debere presumere· In latrone non impium conuersum desperare debere Timeat ergo bonus ne pereat per superbiam et malꝰ ne desperet propter multam maliciam· hec Aug⁹· Vnde et Gre· habent fratres mei fiduciam de misericordia condonis noster et ad misericordem iudicem dum adhuc expectat cum lacrimis venite Considerantes namq; q̃ iustus sit· peccata vestra nolite negligere· considerantes vero q̃ pius sit nolite desperare Et iterum· sic aũt misericordia eius nos refoueat vt nullomodo negligentes reddat sic peccata perturbent vt mens in desperacionem non prorumpat quia et si presumentes metuimus et metuentes speramus eternum regnum cuius adepturi sumus Vnde eciam Criso· Ne audeamus qui stamus sed dicamus nobisipsis· qui estimat se stare videat ne cadat· neq; disperemus si ceciderimus sed dicamus nobis· nunquid qui cadit non resurget Etenim multi in ipsum celi verticem ascenderunt et a stena et scurilitate ad angelicam translati sunt vrbanitatem et tantam ostenderunt virtutem et demones abegerint et multa signa opati fuerint et horum quidem plene sunt scripture et plena vita exemplis nobis Et iterum nullus illorum qui in malicia fuit diffidat Neq; in virtutibus existens dormitet neq; hic confidat multoties enim meretrix pertransibit Neq; ille desperet· possibile enim est et primos pertransire· hec Criso·

Sequitur Oracio

Dẽ michi misero quia cum ad peccata que feci aspicio et supplicia intelligo que pro his pati debeo non paruum timorem habeo q̃d ergo remanebo quasi desperatus sine consilio sine admonicione Ad te fontẽ pietatis et misericordie ihu xpe curro et festino in quo iam tot et tantos peccatores ablutos video et agnosco tuamq; ineffabilem misericordiam exoro vt michi sic concedas in presenti mecum et cum ministris tuis computacionem facere ac conseruis meis peccata sua dimittere et mea emendare vt in futuro quando personaliter racionem ponere volueris cum seruis tuis dimittas michi que tibi deb eo et proximis Amen

De causa dimittendi vxorem de parualis domino obiatis· Capitulum Decimum

POst hec venit dominus ihs de galilea in fines iudee trans iordanẽ omnis quippe plumaa iudeorum generaliter iudea dicebat ad distincionem aliarum genciuum verũ tamen mediana eius plaga in qua habitabant tribus iuda et tribus beniamin specialiter dicebatur iudea ad distincionem aliarum regionum q̃ in ipsa continebantur prouincia scz samaria galilea decapolis et reliqe alie site in ea Narrantur ergo ea que in hac prouincia scz iudea fecit et docuit ac passus est dominus et primo trans iordanem ad orientẽ vbi habitabant due triby scz ruben et gad et dimidia tribus manasse Deinde que circa iordanem quando venit Jericho et bethaneam et Jherusalem ·Et secute sũt eum turbe multe de galilea Ex quo patet deuocio populi ad eum quia multe sequebantur causa fue predicacionis audiende Aliqui causa curacionis imperrande Vbi Criso· Et secute sunt eum turbe multe quasi testimonia salutaris doctrine eius quasi oues pastorem in manu ipsius gemite et nutrite perducebant eũ quasi paruuli filij patrem peregre proficiscentem. Ipse autem tamq̃ proficiscens pater bona pignora caritatis filijs suis reliquit pro exilijs remedia sanitatum hec Criso· Vnde sequitur et curauit eos ibi scz in iudea et nõ amplius in galilea vt gentes in eam misericordiam seu veniaz que iudee parabatur admitteret et in signum q̃ ex iudea gentibus salus esset fm originem sanauit dominꝰ turbas trãs iordanem vbi baptismus dabatur q̃ omnes a spiritualibus infirmitatibus in baptismo saluãtur et sic patet q̃ euangelista in vno verbo multa mirabilia sanitatum includit quia propter multitudinem miraculorum non potuerunt omnia in particulari describi Deinde subditur narracio de triplici religiosoꝝ perfectione scz continencie obediencie et paupertatis Et primo de continencia cuius dicitur Et accesserunt ad eum scz Jhesum pharisei qui in populo iudeorum prealijs videbantur religiosi temptantes eum scz capere in verbis Notanda est mencium distincio in turbis et phariseis hec conuenienter vt doceantur et sui infirmi sanentur his accedunt vt saluatorem et doctorem veritatis temptando capiant et decapiant hac deuocio pietatis illos stimulus adduxit inuidie· Et dicentes Si licet hominem dimittere vxorem suam quacumq; ex causa id est ex lege causa Hanc aũt questionem proponunt christo ad capiendum eum quia responsio ad vtrumq; partem calumniabilis videbatur quia si diceret ad vxorem pro libito voluntatis dimittendam et aliam ducendam pudicicie predicatoꝝ et assertoꝝ videretur laxare frena carnalia concupiscencie et sibiipse contrarie Si aũt diceret q̃ non videretur contra moysen dicere qui libellum permisit repudij· Sed ipse sic responsionem temperat vt decapulam eorum transeat et respondit sola fornicacionis causa vxorem esse dimittendam Libellũ vero repudij obduriciã et maliciã cordis eorum a moyse fuisse permissũ et nulla lege

punitum permisit aũt hoc non sicut bonum n̄ liatum sed propter maius malũ euitandus q̄ maluit permittere duorum q̄ ob odium vxorum vel desiderium secundarum nupciarum fieri homicidium Ista aũt permissio non absoluit eos a peccato sed tantum a pena legali quia non fuit imperius dei sed hominis dissimulacionem tollerando minus malum ne maius fieret Deus enim non est sibi contrarius vt aliud antea tulerit et aliud nũc imperet Moises enim nec precipiendo nec cõcedendo nec mulgendo ꝫ mãdauit ꝫ dispensando sustinendo et permittendo ne peiora fierent hoc tollerauit. Sic apostoli permiserunt secundas nupcias propter incontinenciã hominum et malas eorum voluntates Juxta enim primariam institucionem non fuit nisi vna vnita Sed propter incontinenciã hominũ transierunt modo ad secundas nupcias Vñ cũ de duobus malis minus tolleratur huius permissio dicatur dispensacio quasi diuersorum pensacio quando duo mala quasi equelibrantur vt videatur quod eorũ peius sit et p̄ ponderet Est aũt triplex permissio scz concessionis vt cum abbas concedat monacho propter infirmitatem vesci carnibus illicitis quidem propter votum sed nũc licitis propter concessionem abbatis et causam necessariam Indulgencie et permissio secundarum nupciarum Vnde apostolus vxor viro defuncto nubat cui vult in domino. hoc aũt sm̄ mulgenciam dico q̄ si culpa est venialis est Sustinencie vt permissio libelli repudij quod sustinuit moyses non deus quia deus hoc crimen punitur temporaliter vel eternaliter quod moyses non punitur temporaliter Est eciã permissio sustinencie quando deus permittit nos peccare qui nõ concedit illud fieri nec dispensat sed sustinet id est patencia expectat Solam ergo fornicacionem permittit dominus causam diuidij tribus ceteras molestias pro fide coniugij et castitate sustineri Et intelligitur discidium quantum ad cohabitacionem et debiti reddicionem non tamen quantum ad vinculũ matrimonij quod non soluitur nisi per mortem. Et ergo nec vir nec mulier potest contrahere altero viuente Vñ Rabbi Vna ergo solũmõ carnal ē causa id ē fornicacio vna spiritualis hoc est timor dei vt vxor dimittatur nulla aũt causa est vt viuente ea que relicta est alia ducat Spiritualiter per vxorem q̄ nõ dimittitur nisi propter fornicacionem intelligitur anima cuius vir ē xp̄s qui numq̄ animam nisi propter fornicacionem peccati dimittit per quã xp̄s a nobis recedit Moraliter q̄ dimittit vxorem suam scz spiritualem id est ecclesiam et duat scz pigmorem mechatur. Non enim querit spiritualem fructum sed temporale lucrum Posito ergo quod est necessitatis in virtute continencie cõmuniter ponitur illud quod est supererogacionis et consilij scz continencia ab omni actu venereo Discipuli enim hoc audientes q̄ scz vinculum matrimonij est indissolubile et moti ex verbis eius dixerunt ei. Si ita est causa hominis cum vxore q̄ non possit eam mittere modo predicto dimittere non expedit nubere quasi dicant Melius est simpliciter continere propter onus et graue pondus vxoris et multa incommoda q̄ possunt exinde prouenire Vnde Crisostomus est contra concupiscenciam preliari et contra seipsum q̄ contra mulierem malas Vnde et Jero. Graue pondus vxor est si excepta causa fornicacionis non licet eas dimittere Quid enim si tumulenta fuerit si iracunda si gulosa si vaga si morbosa si turgatrix si maledica timẽda erit huiusmodi et erit volumus nolumus sustinenda. Cũ enim liberi essemus voluntarie nos seruituti subiecimus Et dixit dominus respondendo discipulis non omnes capiunt verbum istud continencie scz vt impleant et se contineant quia nõ omnes capere volunt nec omnes acceptus habent Audiet enim luxuriosus et dispicebit ei sed quibus datum est a deo ex speciali munere quia status altus est ad quem non valemus nisi ex gracia ascendere Vnde dicit sapiens q̄ nemo potest esse continens nisi deus det Ac si dicat non casu vel fortuna virgines fiunt sed que a deo petunt et laborant vt accipiunt Vnde Jero. Nemo putet sub hoc verbo vel vanum vel fortunam introduci q̄ hij sunt virgines quibus a deo datum sit aut quos quidem ad hoc casus adduxerit sed bis datum est qui petierunt voluerunt qui vt acciperent laborauerunt. Omni enim petenti dabitur et querenti inuenietur et pulsanti aperietur Vnde et Crisos. Non dixit non omnes possunt sed nõ omnes capiunt id est omnes capere possunt non tamen capere volunt Si enim quidam in pugna cadũt nos cadendi negligencie imputare debemus nõ difficultati virtutis Quod aũt dicit quibus datum est nõ hoc signat quoniam quibusdam datur quibusdã nõ datur sed illud ostendit quia nisi auxilium gracie accepimus nichil ex nobis valemus Quoniã aũt volentibus gracia non negatur in euangelio dominus dicit petite et accipietis siue dabitur vobis querite et inuenietis pulsate et aperietur vobis Debet aũt voluntas precedere et sic sequitur gracia Nam nec gracia sine voluntate aliquid operatur nec voluntas sine gracia Nam et terra non germinat nisi pluuiã susceperit nec pluuia fructificat sine terra. hec Crisos. Et ne omnem continenciam putarent laudabilem et meritoriam cõsequẽter distinguit eam triplicem. prima est contracta siue a natura. secunda a casu siue violẽcia. tercia a voluntate n̄ gracia Sunt enim ẽnuchi id est continentes et est grecum vocabulum sm̄. Philosophus qui sic nati fũt sine instrumentis siue frigide nature qui proprie dicũtur castrati quasi caste nati. Et sunt ennuchi qui facti sunt ab hominibus quibus secãtur genitalia qui proprie dicũtur spadones a spata genere ferri quo ẽnuchizantur et iste due non sunt laudabiles nec meritorie nec demeritorie quia necessitate fiunt non voluntate nec inquantum p voluntatem acceptantur sm̄ Jero. Inter hos secundos computantur et hij qui spem religionis simulant castitatem scz ypocrite et apetentes

vanam gloriaz ab hominibus et quocumq; fuo ope
Et sunt enuchi id est continētes qui se ipsos castrauer
runt non p membrozum abscissionem sed p concupi
scenae repressionem et se castitati seu caste viuere vo
luntarie deuouerent propter regnum celozum qui p
prie dicuntur enuchi id est bene vincentes ab eu quod
est bonum et nuchos quod est victoria quasi bonī
victores et hij merentur et racione voluntatis qua
spontanea et racione actionis qua bona et racione in
tensionis qua recta Ista enim tria perficiunt meritū
hec ergo tria continenda que est per voluntatez re
primentem concupiscenciam ab actu venereo victo
riosa diatur et laudabilis et sola est meritoria · Vnde
Crisо· Illa est gloriosa continencia non quam trās
gredi non potest necessitas debilitatis corporis & quā
complectitur voluntas sancti propositi Et iterum Cuz
aūt diat qui se castrauerunt non membrozum diat ab
scissionem sed malarum cogitacionum interempcio
nem Etenim concupiscencia habet fontes precipue a
proposito incontinendi et mente negligenti Et si ipsa
sobria fuerit naturalium motuum nullus est nocumē
tum nec ita abscissio membri comprimit temptacio
nes et tranquilitatem fiat vt cogitaciones frenum·
Sed quia talis status altus est nec possunt omnes
ad hoc attingere sed solum perfecti ideo infert domi
nus hortando milites suos dicens Qui potest capere et
implere capiat cum adiutorio dei vt sit castus vel vt
intelligat que dico Vel qui potest pugnare cōtra car
nem pugnet ac superet et triumphet Et est vox hor
tantis ad continendae bramum non rubentis quasi di
cat vnusquisq; consideret an virginitatis et pudicae
precepta implere queat tantum bonum non est ne
cessitatis sed supererogacionis Nec est hoc preceptū
sed consilium cuilibet offertur nemini imponitur qui
potest continere contineat habito igitur de perfectio
ne continendae siue castitatis consequenter agitur de
perfectione obediendae siue humilitatis et hoc ē incō
mendacione parvulozum per quos designantur hu mi
les et obedientes quia sicut parvuli non propria volū
tate sed alterius dicuntur ita humiles et obediētes al
terius voluntate et imperio mouentur · ¶ Vnde diat
Beda · q hec lectio humilitatis magisterio plena
nicat que videlicet innocentes et simplices ad domi
ni gratiam pertingere posse demonstrat · Dum ergo
dominus Ihs de castitate disereret oblati sūt ei par
uuli ex deuocione offerentium vt manus eius impo
neret et oraret id est vt manu et voce benediceret ·
Consuetudo enim fuit apud veteres vt paruulos be
nedicendos offerent senioribus et impositio manuz
orum habuit ab antiquis patribus qui volentes be
nedicere parvulis imponebant eius manus Dicētes
ergo unde cristum moribus senem vita sanctum
doctrina sapientissimum et de castitate loquentem et ha
bentes eum sicut prophetā obtulerunt ei mittentes vt
eis manus imponeret q orans benediceret manu per
tactum et voce per oracionem In quo datur intelli
gi q paruulus sufficiat per fidem aliorum ad cristum af
ferri Discipuli vero labori magistri compacientes et
propter eius dignitatem prohibebant et increpabant
offerentes non q volent infantibus a saluatori et ma
nu et voce benedici sed quia timebant eum post tam
longos sermones importunitate offerentium grauari
et offendi Xps aūt et si fatigabatur corpore nō tamen
animo quia ei placuit et preualuit ac uiat fortis eius
affectus qua hominum salutem cupiebat vt nullus
a consecucione siue salutis prohiberetur. sic fatigatus
ex itinere non curans famem aut cibos ad conuersio
nem samaritanozum quozum salutem famescebat se
cōuertis Vnde Origi· hec ergo debemus attendere ne
estimacione sapiendae excellencioris et profectus spi
ritualioris contemnamus quasi magni pusillos eccle
sie prohibentes pueros venire ad ihm · hec Ori · Par
uuli eciam possunt dici pauperes et generis infimi per
discipulos aūt impedientes ne xpo offerantur possūt
dicapi ecclesie rectores vel religiosi qui propter pau
pertatem vel generis infimitatem repellunt tales a p
mocione vel recepcione quamuis sint apti et digni
propter quod impedientes arguuntur ore xpi · Vnde
dominus indigne ferens dixit discipulis· Sinite par
vulos venire ad me apud quem non est personarum
accepcio et nolite eos prohibere communicacionibus te
rendo vel malis exemplis corrumpendo quia isti sunt
figura et forma vere humilium quozum familiaritatē
ego volo et consorcium in quo credit prelatis exemplū
corrigendi hostilizos suos pauperum accessum prohi
bentes · Vnde Crisо· Nolite vetare pueros · Nam si
sancti futuri sunt quid vetatis filios ad patrem veni
re Si aūt peccatores futuri sunt vt quid ad sentenciā
dānacionis proferatis antecq culpā videatis · nam q
les modo sunt meum est quales aūt postea futuri sūt
ipsozum erit quod ergo meum est honorate quod aūt
illozum erit miseramini Et subiungit Talium est reg
num celozum non diat istozum sed talium vt non tā
etatem q humilitatem et innocenciam commendat nō
omnium sed talium id est similium et illozum qui si
milem habent humilitatem et innocenciam per studiū
et labore et qui tales sunt per morem q virtutem qua
les sunt paruuli per naturam et etatem · Puerozum em
anima ab omnibus malis est pura et in gracia innocē
cie et humilitatis et nullus potest intrare regnum ce
lozum nisi fuerit innocens et humilis quia nichil in
natum intrabit in illud Vnde sm Iero· Non ait istō
rum sed talium vt ostenderet non etatem regrauare
sed mozes et hijs q similē haberent innocenciaz et sim
pliciatē primum repromitti · De quibus Apostolus
Nolite pueri fieri sensibus sed malicia parvuli estote
sensu aūt perfecti Vnde et Ambro· Non etas preferē
etati alioqui obesset adolescere · Cur ergo pueros
aptos diat regno celozū fortasse quia malicia nesciāt
fraudare non nouerunt referre nō audeant scrutari

ignorent opes honorem ambitionem non appetant Sed non ignorare ista virtus est contemnere. non enim virtus est non posse peccare sed nolle Non igitur puerilia sed emula puerilis vanitatis vanitas designatur Unde eam Criso. Et nos itaq; si volumus fieri heredes celorum virtutem hanc cuj multa possideam⁹ diligenciam etenim ab omnibus malis pura est puri anima et eorum qui contristauerunt non memorantur sicut ad amicos accedat sicut nullo facto et q̄nticūq; a matre flagellatus fuerit hanc inquirit et pre omnibus eam appetendam et si regnum ostenderis cuj dyademate non preponit hanc matri aliqua supervacue et necessarijs nichil plus inquirit Non tristatur in quibus nos puta damno pecuniarum et talibus non letatur in quibus nos in temporalibus hijs nō respiciat ad pulchritudines corporum propter hoc dixit horum enī est regnum celorum vt electione hec operemur que a natura pueri habent hec Criso. Sunt aūt decem proprietates bone in pueris quas qui imitatur regnum celorum consequitur. que sunt innocencia. mundicia obediencia. simplicitas. humilitas. veritas malorum illatorum in memoriam fortunarum nulla reputacio et presencium valde paruarum ad sufficienciam acceptacio. Deinde parvulos sibi oblatos dominus dulciter suscepit et complexans eos et in vlnis detinens in signum q̄ simplices et humiles puros et deuotos diligit et manus eis imposuit vt viris continentibus graciam sui auxilij conferendam significaret benedixit illos alia vocali benedictione que scripta non est vt humiles sua benedictione dignos ostenderet. Sic spiritualiter cottidie humilibus manus imponit cum eis gratiam et auxilium tribuit quia humiles spiritu digni sūt eius gracia et benedictione. Deus enim superbis resistit. humilibus aūt qui se manibus eius subiciunt et potestati dat graciam. In quo humilium dignitas innuitur qui tanta bona merentur Unde dicit Iero. q̄ humilitas sola obseruatrix ē custosq; virtutū ⁊ nichil est quod ita gratum deo faciat et hominibus quamuis si vite merito magni. sed infirmi humilitate videamur Et bñ humiles parvulis et innocentibus comparauit q̄ humilitas maculas peccatorum lauare et innocenciam redire consuevit Unde Hern̄. Decor anime humilitas est nō a meipso hoc dico cum propheta hoc prius dixerit. Asperges me ysopo et mundabor humili herba et peccatoris purgatiua humilitatem significans hac se post grauem lapsum rex ⁊ propheta lauari cōfidit et sic meruit quendam innocencie recuperare candorem. Et sciendum q̄ xp̄s manus imponendo parvulis mistituit imitandi confirmacionem sacramentuj ministerium postea contulit apostolis. vnde parvuli in frontibus crismate consignantur ab episcopis qui in ecclesia dei locum obtinent apostolorum per impositionē enim manuum apostolorum conferebatur spūs sanctus ad robur et confirmacionem fidelium cuius impositionis manuum locum obtinet predictum sacramentum. Considera nunc quantum xp̄s simplicitatem et humilitatem ac innocenciam parvulorum diligit quibus tanta familiaritatis et benivolencia signa ostendit et studeas proposse parvulos imitari et virtutes eorum habere vt valeas cū ipsis regnū celorum possidere

Sequitur Oracio

Omne ihu xp̄e qui nos ad continenciam exhortatus da q̄ hortaris et tribue michi fragili castitatem mentis et corporis et qui parvulos ad te venire voluisti et eis manus imponens benedixisti presta michi misero vt sim paruulus in oculis meis q̄tenus graciam inueniam in oculis tue maiestatis et quod paruuli possident per naturam ego consequar misericorditer per graciam tuam vt meritis omnium paruulorum et humilium tibi placē eam ego vltimus omnium te rectore te duce merear ad te peruenire et a te benedictionem in celestibus numerari Amē.

De perfectione paupertatis Capitulum. xj.

Habito de perfectione castitatis et obediencie seu humilitatis. consequenter agit de perfectione paupertatis Et ecce enim vnus adolescens genu flexu ante Ihesum interrogauit eum dicens. Magister propter doctrinam sanam bone propter vitam sanctam quid bonj faciendo vitam eternā possidebo. ſm Bedā. audierat iste a domino tantum similes paruulis dignos ee regno dei et ideo ceteros esse desiderans de ingressu regni dei non per parabolas. ⁊ aperta sibi postulat exponi quibus meritis vel operibus vitam eternam possit cōsequi. Ihesus aūt respondit el. primo quantuj ad eius cogitacionem quia iste cogitabat ihesum esse purum hominem licet crederet eum esse sanctum doctorem bonū et ideo quasi respōdens eius cogitacioni dixit ei Quid me dicis bonum quasi diceret exquo me credis esse purum hominem non debes me vocare bonum Nemo enim bonus nisi solus et vnus deus. hoc est dicendum deus est solus bonus essencialiter per se et a seipso et nullus alius quia alij participative per ipsum et ab ipso Unde Criso. hoc autem dicens non excludit homines a bonitate. sed a comparacione bonitatis diuine. quasi diceret dominus quare me dicis bonum cum non credas me esse deum Si vere confiteris bonum credas eam esse deum. solus enim deus natura est bonus. Deinde cōsequenter interrogacioni eius respondet dicens. Si aūt vis ad vitam ingredi serua mandata. quasi diceret hoc sufficiat ad salutem quod amplius nō est necessitatis ⁊ supererogacionis quia ſm Iero. iustitia legis custodita non solum bona terre sed et vitā conferebat eternam suo tempore consequendam Et q̄ adolescens hec audierat solliciatus factus interrogauit que essent hec mandata quorum obseruanda eet necessaria. hoc aūt ſm Criso. non temptans fecit sed esse mans alia quedam precepta esse preter legalia q̄ vi te causa ei fierent Ihs aūt quasi infirmo condescendēs

legis precepta dementissime exposuit dicens Nō ho
miadum faces manu ocadendo ore uibendo vel con
sulendo vel eam detrahendo quia per detractionem
ocaditur proximus in conscienca aliena in qua vive
bat per bonam famam nec corde mortem alterius des
derando vel odium retinendo aut beneficium subtrahē
do et per hoc precepti decalogi prohibetur nocumentū
proximi in persona ꝓpria non adulteraberis per hoc ꝓ
hibet nocumentū ꝓximi in psona ouncta Nō furtuz
faces p hoc prohibet nocumentū ꝓximi in re possessa
Non falsum testimonium dices p hoc prohibetur nocu
mentum proximi in fama · honora patrez tuum et ma
trem eis subuemendo et reuerenciam exibendo et p hoc
precceptum affirmatiuum intelligitur omne beneficuz
proximo reddendum quia m nomine patris et ma
tris intelligitur omnis proximus et hoc est qđ subdi
tur · Et diliges proximum tuum sicut teipsum id ē ad
id ad quod diligis teipsum sez ad graciam et gloriam
Vel sicut teipsum id est non verbo tantum sed opere
et veritate · proximus aūt noster est omnis qui nobi
scum cōuenit in natura quez debem⁹ sicut nosipsos di
ligere quam sentenciam mouet dominꝰ vt ostendat
qꝰ finis precepti est caritas qz obseruancia mandatoz
non est meritoria vite eterne nisi fiat ex caritate · In
ter hec precepta ordinacia ad proximū nō tangunt
precepta de non concupiscendo rem proximi vl eius
vxorem quia reducuntur ad precepta de non adulte
rari et non furari et sub illis possunt intelligi vel quia
intelliguntur in hoc quod dicitur · Diliges proximuz
tuum · quia enim vere proximū diligit nec rem nec
vxorem eius concupiscit . Enumerat hic non omnia
mandata sed solūmodo precepta secunde tabule que
ordinant hominem ad proximuz in quibus implicat
et supponit precepta prime tabule ordinancia homi
nem ad deum quia homo magis tenetur deo qꝰ proxi
mo et ideo si obseruancia mandatoruz secunde tabule
est necessaria ad salutē m⁹to forcia⁹ obseruancia mādato
rum prime tabule ē necessaria ad eand · Vñ bene dicit
Apl⁹ qꝰ q diligit proximum legez impleuit · qz in di
lectione proximi intelligitur dilectio dei vt finis ꝓp
ter quem proximus diligitur · quia proximus diligi
tur propter deum et nō econuerso Per predicta eciaz
ostendit saluator qꝰ obseruancia preceptoruz ceremo
rialium et iudicialiuz non erat amplius necessaria ad
salutem · s sufficiunt dece precepta decalogi Quorum
primum est non adorabis deos alienos et verum de
um coles et super eum michil amabis · Multi aūt hodie
sunt qui sibi deos alienos faciunt · Nam sicut dicit ·
Augus⁹ · hoc ab homine colitur quod preceteris dili
gitur Superbus igitur pro deo suo habet superbiam
luxuriosus luxuriam · auarus auariciam ꝛē · Secun
dum non assumes inanum nomen dei tui in os tu
um et non blasphemabis nec turabis maxime in no
mine sui · Talis muriam facit deo quem in testimoniū
sue falsitatis inuocat quasi deus mendacium diliga et
sibi qui in iudicio dei puniendum se obligat si non est
ita sicut iurat Et proximo quia per falsam iuracionem
ipsum decipit et defraudit · Teciam diem sabbati sanc
tifices vt in eo mortaliter non peccas et mala vites
Contra istud precceptum peccat qui causa cupidita
tis in sabbato opus seruile facit vel aliquod peccatuz
committit vel opera misericordie dimittit qui a bonis
operibus non est vacandum · Quartum honora pa
rentes tuos sez obediendo obsequendo reuerendo subue
niendo et animabus eorum miserando · in hoc eciam ꝓ
cipitur honor patrum spiritualium sez prelatoz · Qui
tum non occides opere verbo negligencia cogitacione
auxilio consensu malo exemplo vel aliqua occasione
hominum eciam aliquando fit corde per odium · ali
quando ore per verbum detractorium · aliquando ope
factum et illud vltimum est triplex · Quidam enim
occidunt corpus tantum · quidam animam tantū qñ
sez eam trahunt ad peccatum · quidam vtrumqꝫ sez ali
quis interficit seipsum vel alium in peccato mortali
existentem · Sextum non mechaberis operando cogi
tando loquendo vel in iurisdictione tua fornicacionē
sustinendo · per hoc aūt quod dicitur Non mechaberis
prohibetur omnis carnalis corrupcio preter eam que
est in matrimonio Septimū non furaberis alienam
modo quolibet tibi attrahendo vel rē alienam inuito
domino vtendo · Per furtuz intelligitur omne male ob
latum siue occulte faciendo in acceptis siue fraudem ex
ercendo in mercacionibus siue mercedem non solven
do operarijs · Octauum non dices falsum testimoniū
contra proximum tuum omne mendacium dolum de
tractionem adulacionem calumniam et doctrinam
erroneam deuitando · Nonum non desiderabis domum
agrum vel aliam rem proximi tui tali videlicet men
te qꝰ velles tibi cum suo damno adoptare · Decimuz
non concupisces vxorem seruum ancillaz proximi tui
corde consenciendo ore solliciando opere concupiscencia
perficiendo · Hec qui perfecerit saluari poterit · Cum
aūt ille adolescens hec omnia se a iuuentute sua obser
uasse responderet qđ tamen in multis religiosis vix
aliquis hodie reperiret ihs intuitus eum dilexit propter
bonam conuersacionem suam preteritam et osten
dit ei vultuz amicabilē et instruens eū de perfectione
dixit illi vnum tibi de est quo ad statum perfectionis
sez bonum paupertatis quia et si mandatorum obser
uacio sufficiat ad salutem non tamen ad euangelicam p
fectionem · sed adhuc eciam requiritur obseruacio cō
siliorum in qua primū ē abrenunciacio temporalium
et ideo de hac hic tantum fiat mencionem · Vñ Qui
Non tamen intelligenduz est qꝰ in ipso tempore quo
bona sua tradiderit pauperibus fiat ommino perfectus
sed ex illa die incipiat speculacio dei adducens euz ad
omnes virtutes · Et subdit dominus dicens · Si vis
qua hoc est in tua libertate perfectus esse id est ad sta
tum perfectionis ascendere supra communem statum sa
luti necessarium qua hoc est de perfectione vite vade

per affectū contemnēdo temporalia et vēnde p effectū ea relinquendo et hec omnia non partem tantum vt ananyas et saphyra quod est contra proprietarios q̄ habes et iuste possides quod est contra raptores et vsurarios elemosinas de alieno facientes illa enim habemus que possidemus cum iustitia. Illa ergo que iuste possidentur vendenda sunt. que vero iniuste reddenda sunt illis quorum fuerunt et da non vende querendo munus a manu vel ligua vel ab obsequio paupertibus non diuitibus a quibus similia acapies. Nec amicas carnalibꝫ nō fuerint indigentes. nec histriombꝫ et male viuentibus qō est contra symoniacos et ambitiosos qui dant alijs vt acquirant beneficia et dignitates et hoc fac propter deum non propter ostentationem quia abicere temporalia propter ostentationem non est meritorium et sic dando habebis thesaurum id est quendam titulum beatitudinis in celo et loco tutissimo Hoc autem non dicatur quia paupertas sit maior virtus q̄ continencia vel obediencia sed dicatur per quandam correspondenciam quia thesaurus celestis sic respondet voluntarie paupertate sicut exaltacio humilitacioni. Vnde Crisо. Bene aūt nō dicit vite eterne mētionem. sed thesauri dicēs et habebis thesaurum in celis quia enim de pecuniis erat sermo et de abrenunciatione omnium ostendit q̄ reddit plura hijs que precepit relinquere quanto maius est celum q̄ terra. In thesauro enim copiam retribucionis ostendit. Et veni relictis omnibus et sequere me imitando et sicut ego ambulo ambulando quia in sequela christi per opera caritatis consistit perfectio principaliter et cōplete In paupertate aūt voluntaria consistit inchoatiue p modum remouentis prohibentis et disponentis quia per hoc auferitur cura temporalium que a dilectione dei impedit animum. Vnde Glo. Relinquere omnia est via ad perfectionem sed in sequendo consistit perfectio Magna certe gloria est sequi dominum et ideo valde est appetendum. Ad perfectionez ergo non sufficiat homini relinquere sua nisi dominum sequatur id est nisi relictis malis faciat bonum. Vnde Theo. Cum paupertate enim et ceteras virtutes hominez habere oportet ob hoc ait et veni sequere me id est inseparabilis esto meus discipulus et nigiter me sequaris. Vnde Iero. facilius saeculus contemnitur q̄ voluntas multi diuicias relinquentes dominum non secuntur. Sequitur autem dominum qui imitator eius est et per vestigia illius graditur Vbi et Raba. Ecce duas vitas hominibus propositas audiuimus actiuam ad quam pertinet non occidere et ceteria legis mandata et contemplatiua ad quam pertinet si vis perfectus esse nē Actiua ad legem pertinet. contemplatiua ad euangelium q̄ sicut vetus nouum precessit testamentuz ita bona actio precedit contemplacionem Actiuus conuenit ob seruacio preceptorum que in lege traduntur Contemplatiuus obseruacio consiliorum que in euangelio docentur Et sciendum q̄ multiplex est perfectio sez sufficiencie que omnes habent existentes in caritate Ordinis cuius proprium est seruare continenciā. Religionis et huius proprium est renunciare omnibus prelacionis ad quos pertinet ponere animam pro ouibus suis. Securitatis cuius proprium est habere mortem in desiderio et vitam in paciencia. Ad primam perfectionem tenetur quilibet Ad vltimam nullus tenet sed ad tres medias tenentur aliqui ex causis. Dum ergo signum perfectionis posuit cum omnia relinquere consuluit vt nudum christum nudus sequatur. Vnde sm Theo. dicens omnia summam paupertatez suadet si quid enim restiterit illius seruus est. Et sēm Ambro. talem voluit adolescentem illum dominꝫ ad paradisum redire qualis adam fuerat de paradisi sublimitate dejectus. Nudus enim incola adā paradisi fuit Quamuis ergo cum possessione diuiciarum possit quis ad vitam ingredi seruando mandata. tamen ad perfectionem sequelam christi vt perfecto amore et integro affectu tendat ad deum de est sibi vnum sez q̄ relinquat diuicias affectu vt sit pauper spiritu que paupertas induxit humilitatez sine qua non est paupertas vera quia vanum est habere bursam vacuam et cor plenum superbia. Induxit eciam contemptum diuiciarum effectu quia difficile est valde quin habens diuicias amore earum non detineatur aut distrahat et impediatur a perfecto amore dei ne xp̄m libere et expedite sequatur Nam qui diuicijs implicatur mittit pedem in rethe vt possit coram deo perfecte ambulare et liberi xp̄m sequi. qui diuicias fiduciores sunt fisto q̄ vix euellitur animus occupatus ab eis et detentus. Prima ergo detencio terrenarum possessionū est huius perfectionis impedimentum quod bene potuit in hoc Juuene qui cum audisset verba dictum de perfectione paupertatis voluntarie abijt tristis seculi tristicia mortem operante impeditus a perfectione quaz querebat terrenarum possessionum amore ob quod non poterat ad perfectionem voluntarie paupertatis ascēdere Vnde causa tristicie redditur cui subditur. erat enim multas habens possessiones spinas producentes et tribulos sementem dominicam suffocantes et ipse mobil ommus habitus a possessionibus et diues valde diuicijs fallacibus ob quarum mordacium amorem tristabatur de persuasione abrenunciacionem earum. Tristabile enim est amara abicere Ad temporalia enim passibiliter afficitur cuius cor in priuacione eorundē aliqualiter contristatur Nam plerumq̄ cum temporalia assunt nobis putamus q̄ ea non diligamus. sed cuz ab esse cepernit minuimus qui sumus. Hoc enim sine amore nostro aderat qō sine dolore discedit iste iuuenis cum audiret q̄ quecumq̄ haberet vendere et daret pauperibus abijt merens quia et diuicias seculi et vitam eternaz habere volebat quod difficile erat vt fieret quoniam in possessione diuiciarum absq̄ superbia elacionis et absq̄ proprietatis voluptatis vix stare q̄s potest sicut eaz difficile esset q̄ hō in cacumine

vertas alicui⁹ mōtis staret et tempestati validi vēti
quassatus non caderet· Ut vero dicat aug⁹· hic adoles
scens laudabilis quidem est q⁹ non occidit non adul
tratꝰ est vituperabilis autem q⁹ contristatꝰ est in ver
bis xp̄i vocantis eū ad pfectionē· Adolescens quippe
erat sm animam et ꝓpterea relinquens xp̄m abijt hec
aug⁹· Sed tale rei hec frustra iactatur ante oculos pen
natoꝝ scz contemplandus pfectoꝝ qui tantomagis
contristantur q⁹ desunt temporalia quantomagis appe
tunt eterna· Nam vt ait gregorius· Tanto quisq; mi
nus dolet q⁹ desūt eterna quātomagis gaudet q⁹ assūt
temporalia· Et qui minus dolent q⁹ desunt temporalia
ceraus expectat vt assint eterna Et ideo sm grenadū
bonum est facultates eū dispensacone erogare pau
peribus Sed melius est cum intencōne sequendi crm
stum omnia et simul totum donaer ꝛ absolutum a solli
citudine cum xp̄o egere· Ut enim dicit Crisō· non si
militer detinentur qui pauca habent et qui multis ha
bundant quoniam adiectio diuitiarum maiorem ac
cendit flāmaꝝ et violencioꝝ sit cupido Non solum aūt
diuitiarum possessio sed eciam rerum aliarum diuer
sitas hominem a dei contemplacone et perfecto amo
re impedit et auertit Vnde aug⁹ temporalium rerum
multiformitas ab vnitate dei hominem per carnales
sensus diuertebat ꝛ mutabili varitate ei⁹ ad affectum
mltiplicat Quē ergo delectat libertas ab amore mu
tabilium liber esse appetat et quem regnare delectat
vm omnium regnatoꝝ deo subditus hereat· Et iterum
duo sunt amoꝝes mundi et dei ꝫ mundi amoꝝ habi
tat non est quo amoꝝ dei intret Cum exhauseris coꝝ
tuum ab amore terreno hauries amorem diuinum·
Vnde et Gre· Cum cupiditate terrene substancie deꝰ
non diligitur quia terrenus amoꝝ oculum mentis coꝝ
dibus excecat ne diuina claritas videatur Nec mirū
quomodo enim diligere potest quem nescit· aut quo
modo scit ad quē nesciendum oculos coꝝdis claudit
Vnde eciam Crisō· fumo similes sūt humane res meb
il enim ita contristat animē oculum ac turbat vt vi
re huius curarum turba et concupiscenciarum multi
tudo· hec enim fumi huius sunt ligna· Vnde eciam
Aug̃· Si vis quietus esse nichil seculi appetas semp
requiem mentis habebis si a te mūdi curas abiecerīs·
Qui curis terrenis se implicat a dei amoris se separat
Et vt in paucis multa intelligas· attende pauca ver
ba Aug̃· sic dicentis· Nichil plus nouī esse q⁹ ista sen
silia fugienda Cui concordat Dyo· qui dicit derelin
que sensus et omnia sensibilia· qui habet aures audiē
di hec pauca verba predicta audiat et corde intelli
gat quia multa in eis latent que vanis et dissolutis
non apparent Vnde eiidem de sermonis habundancia
solliciti dictum est in spiritu· Si vis scire omnia p̄
dicta tunc sepa te ab exterioribus purifica te a tēs
porabilibus liberum fac te a carnalibus et erige te ad cē
lestia et manifestabuntur tibi diuina Ecce in hijs ver
bis totum est inclusum quod est predicandū· ymago
enim tua ymago dei est· Depone ergo ab ea omne
quod tibi accidens est et apparet tibi in ea quod diui
num est Vt autem vtiliter ad temporalia et eterna per
fecte te habeas scito q⁹ temporalia debes respicere sub
sensu quadruplici. primo scz vt tamq̄ peregrinus et
aduena sencias omnia vt extranea ꝛ aliena ita q⁹ tua
vestis sit tuo sensui extranea ac si esset alicui⁹ de gre
cia vel india· Secundo vt in tuo vsu omnem habun
dantiam timeas vt venenum et mare submergens·
Tercio vt in tuo sensu omnem copiam egestatem
sencias vt mensam et aram scalā vite eterne et vt spe
culum seu ymaginem ceruas xp̄i· Quarto vt diuicias
nullatenus valeas letare vel delectari si q⁹ videris te
m eis congaudere xp̄i gloria paupertate te estima
alienum fore Hinc aūt connectitur q⁹ m paupertatis
et despectorum memoria vel aspectu tamq̄ in xp̄o
pauperis expressa ymagine totus letetis et eis quasi
regibus cum summa alacritate et reuerencia associeris
Considera eciam hic q⁹ ad perfectionem non sufficiat
quedam opera bona et quasdam virtutes habere sed
oporteat omnia proposse perficere Vnde Crisō· Cōple
tus est dei homo ad omne opus bonum expletus nō
vt hec quidem habeat illa vero non habeat· Qui enī
talis est non est completus· que enim vtilitas dic
michi cum orat quis meense. non miserantur aūt ha
bunde· Auarus aūt et violentus existens aut cū auā
rus aut violēnus existens ad ostentacōnē vero sit ho
minum qui vident· Aut cum misereatur quidem in io
quod deo videatur eleuetur aut hoc ipso et magna sa
piat· Aut cum humilis quidem fuerit et iemnijs attē
dens· duaꝝ aūt et negociatoꝝ et terre affixꝰ et matrē
malorum mducens amme· Radicem enim omnium
malorum dixit paulus auariciam· horreamus igitur
hanc refugiamus hoc peccatum hoc orbem terrarum
instabilem reat hoc omnia confudit a beata seruitute
nos abducat xp̄i· Non est enim ait deo seruire et mā
mone contrarium enim inungit cristo hec Crisō· Et
nota arca premissa q⁹ perfectio paupertatis non con
sistit in maiori defectu rerum temporalium sed in ma
iori abstractione sollicitudinis earum quanto enī mo
dus viuendi in paupertate immorem habet solliciti
dinem tanto paupertas est perfectioꝝ non aūt quāto
paupertas fuerit maioꝝ· Non enim paupertas sm se
bona est sed in quantum liberat ab illis quibus homo
impeditur quo minus spiritualibus intendat·

Sequitur Oratio

O Omine ihesu xp̄e da michi misero et fragili
qui tua mandata hactenus negligenter et
male seruaui saltez āmodo melius ea obser
uare vt cum obseruatoribus eazunam me
rear ad vitam ingredi· Da eaz michi dementissime
domine vt ad perfectionem tendendo omnia tempora
lia propter te affectu contemnam et effectū relinquā
relictisq; omnibus te sequar te imitando et per tua ve
stigia gradiendo vt te rectore te duce ad te thezaurum

meum desiderabilem et inebriantem valeam letus per uenire et de tua visione semper gaudere Amen.

De.xij.consilijs euangelistis Capitulum.xij.

Et quia dictum est de preceptis que sūt necessaria ad salutem videamus et de consilijs que requiruntur ad perfectionem. Unde de preceptis et prohibitionibus tenemur de cōsilijs et permissionibus nō tenemur. Nam consilium pertinet ad perfectos preceptum aūt ad psequendos. Sed permissio ptinet ad imperfectos prohibitio vero ad puersos. Ad obseruantiam quidem preceptorum vtilis est obseruantia consiliorum. Aliquando enim fortitudo trahe in ingressu illius consistit et ideo passus ille bona custodia indiget qua obtento ingressu facilius residuum hostes obtinent. Sic est in terra anime quia tota fortitudo eius consistit in ingressu sed in occasionibus peccatorum et ppter hoc necessaria ē bona custodia circa ipm propter custodiam aūt istius ingressus dātur consilia que cōtinent et custodiūt mandata ac retrahunt hominē ab incautis aspectibus et discursibus et alijs periculis. Sunt autem.xij. consilia euangelistica que xps adiecit ad precepta. primum est paupertatis que consistit in abdicatione proprietatis Unde ē istud si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et veni sequere me et illud qui non renunciauerit omnibus q̄ possidet non potest meus esse discipulus. Secundum est obedientie. unde est illud si quis vult post me venire abneget semetipsum. Et illud super cathedram moysi sederūt scribe et pharisei que dicunt facite. Tertium est castitatis. unde est illud sunt ēnuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum celorum et illud audistis q̄ dictum est antiquis non mechaberis. Ego autem dico vobis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Ubi ostenditur q̄ nō solū damnabilis est consensus et opus mechie sed et cōsensus ad delectādū in corde suo. hec tria cōsilia predicta sunt specialia omnis perfecte religionis et substantialia quia suos obseruatores elōgāt a malo non solum quantum ad culpam sed eam quantum ad causam. Omne namq; malū oritur ex triplici radice scz ex concupiscentia carnis et concupiscentia oculorū et superbia vite. predicta vero tria consilia nos elongant perfecte ab hac triplici radice scz paupertas a cōpiscentia oculorum castitas a concupiscentia carnis et obedientia a superbia vite. Quantum consilium est caritatis. Unde est illud diligite inimicos vōs istud q̄ntum ad dilectionem affectus est preceptum sed q̄ntum ad dilectionem effectus est consilium quia inimico velle gratiam et gloriam est necessitatis sed impendere opera beneficentie et ostendere illi signa benuolētie est consilii et perfectionis. Sane negare ei signa familiaritatis quando veniam petit vel ad familiaritatē nō simulatorie se ingerit vel quando necessitas exposcit vindicta est quia tunc inter amicos est deputandus sed q̄ aliquis vltra se ad familiaritatem eius ingerat hoc est perfectionis. Quantum consilium ē mansuetudinis. vñ est illud si quis te percusserit in maxillam vnā prebe ei et aliam id est paratus sis ad aliaz percussionem sustinere pacienter et illud est consilium paciencie respectu lesionis corporum et illud qui tecum vult iudicio contendere et tunicam tollere relinque ei et pallium et istud est respectu ablationis rerum. Cuz contentione et fraude nulli licet sua repetere cū caritate licet imperfectus. perfectis aūt non quia non repetere est infirmis consilium perfectis vero preceptum Illis aūt qui renunciauerunt proprietati non licet repetere sua vt sua ꝫ vt sua congregationis. Septimum est misericordie et erogationis. Unde est illud omni petenti te tribue non propter se sed propter bonum cōmune Et illud si vis perfectus esse vende omnia que habes et da pauperibus dare superfluum in extrema necessitate est necessitatis et debiti sed dare quibus egemus est consilij. Septimum est simplicitatis verborū. vñ est illud sit sermo vester est est non non. Id est si affirmatio vel negatio est in ore sit eadem in corde. Et illud audistis quia dictum est antiquis non periura bis. ego aūt dico vobis nō iurare omnino iurare q̄ntum ad infirmitatem pertinet permissionis est. nō autem iurare quantum ad se ad perfectionez pertinet cōsilij est. Octauum est de vitanda occasione peccandi Unde est illud. si oculus tuus scandalizat te erue eum et proice abste Ubi sm Aug̃. nullum membrorum ad litteram precipitur erui sed occasio peccādi quia nō solum ipsa peccata. sed et occasiones peccandi sunt fugiende. Nonum est de rectitudine intentionis et simplicitate operis vel finis. Unde est illud Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Et illud sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Decimum est de conformitate operis et doctrine. unde est illud qui fecerit et docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum Et illud alligant hominibus onera grauia. digito aūt suo nolunt ea mouere. Dicunt enim et non faciunt in predicatione aliquando asserituꝝ censio generaliter de hijs que pertinent ad statum salutis. aliquando vero asseritur censio sm statum perfectionis vtpote religionis. primo modo tenetur facere quod dicat predicator cū asserat omnes ad hoc teneri. secūdo modo non tenetur nisi ipse perfectionem illam vouerit. Existens aūt in peccato notorio peccat quando predicat quia scandalizat Existens eadem in peccato occulto si predicat et non studet in suo dicto conpungi adhuc videt peccare quia videtur contemnere. Undecimum est de vitanda sollicitudine. unde est illud nolite solliciti esse nē et illud nolite cogitare de crastino. Ubi sciendu ꝫ quadruplex est sollicitudo. prima est laudabilis et est prouidentie spiritualis quo ad animaz quomodo q̄s deo placeat omnem sollicitudinē suā proiciens in eū

Secunda est eā laudabilis et est ꝓuidētiae tēporalꝭ ex fraterna caritate qualis competit prelatis et religiosis officiatis qui ꝓsunt in sollicitudine. Tertia ē tolerabilis et est cure temporalis quo ad corpus. Quarta est vituperabilis et est superflue thezaurizacionis quo ad auariciam. prima constituitur consilio isto. secunda precipitur. tertia permittitur. quarta prohibetur Duodecimum consilium est de fraterna correpcione. Vnde est illud si peccauerit in te frater tuus corripe eū Corripere fratrem quandoq; est consilium vt quando aliquis corripit fratrem de venialibus et illum cum q̄ nichil habet facere nisi communem caritatem quandoq; est preceptum vt quando quis corripitur de mortali et isto secūdo modo pertinet ad omnes et obligat ꝑ sed non ad semper quia p loco et tempore quando sc̄z vacat et licet et creditur q̄ vtilis sit correpcio et ad hoc preceptum maxime tenentur prelati quo ad eos quorum curam gerunt. Omnia premissa domini precepta et consilia facilia sunt volenti et dei timorem pre oculis habenti. Vnde Crisō. sit tibi timor dei omni necessitate violencior. si enim velis occasiones semper obicere nichil de hijs que sunt imperata custodies et ita prorsus omnia que sunt precepta calcabis q̄ si legem volueris custodire x̄pi necessitatem quidem nullam que te ab obseruacione eius impediat aliquādo pacieris. noli ergo o homo in oculum redimari ne dissoluas bonam animi voluntatē. neq; enim que imperantur onerosa sunt tantūmodo velle sufficiat et totum quod iubetur. implementum est q̄ si michi consuetudinem tuā opponis vt legē p hanc teipsum āmoneo q̄ sit facilis ista correctio Si enim in aliam consuetudinem ex alia te conuerteris hoc qđ tibi difficile videt effeceris. Quia sicut ad viciandum consuetudo est violēta ita sit potens ad corrigendum Et iterum si ad vsū semel bone philosophie trāseas eā si postea aliquis ibi torpor obrepat nō tamen facile poteris hoc quippiam que precepta sunt transgredi bona sc̄z consuetudine firmitatē iam mutante nature q̄ enim facile est dormire comedere bibere respirare tam nobis facilia erunt bona consuetudine eciam opera virtutis hec Crisostom⁹ Dñi et nulli. Optima forma viuendi eligenda est quā iocundam reddit consuetudo. Tantum eciaz delecteris et complaceat tibim preceptis et consilijs domini vt si non sine grauamine vel difficultate videāntur fieri conaris tamen ob honorem ipsius legislatoris seruare et implere quantuz ipse vires dabit quia et si propter ipsum pati non elegeris michilominus aliter pacieris Vt enim dicit Aug⁹. in hoc mundo non timere nō dolere non peregrinari impossibile est sed plurimum interē qua causa qua expectacione quo termino quisq; patiatur. Vnde et Crisō. Si non propter x̄pm elegerimus aliquid pati dolorum necesse est eos omnino et aliter sustinere Neq; enim si propter x̄pm non morietis fueris immortalis eris. neq; si propter x̄pm nō proieceris pecunias ferēs eas a vobis hic expetit a te que et non expetēti eo dabis hic te vult facere tuā voluntate que et ex necessitate te oportet facere. Expetit aūt solum propter eum fieri quia continget et hic trāsire a necessitate que ꝑ naturam fit. Ergo non multe auertit et punit deus cum in omnibus seipsum nobis prebeat nos aūt resistam⁹ Ergo inquit pater ego et amicus et frater et soror et mater et omne quodcūq; volueris ego sum solum familiariter te habeas ad me qua ommno necesse est te pati elige pati propter me Ego enim inops propter te et peregrinus propter te in cruce propter te in sepulchro propter te supernus propter te interpello patrem infernus pro te ligatus vem a patre omnia michi tu es et frater et coheres et amicus et membrorum. Quid plus vis quid euz qui te diligit auertis quid huic mundo laboras quid vase hauris perforato. Hoc enim est in presenti vita laborare quid flāmam inanis quid aerem impugnas q̄d inaniter curris. vanitas enim vanitatū et omnia sūt vanitas. itaq; humiliemus nosmetipsos et peccatores efficiamur vt qui digne hic viuim⁹ futuris fruamur bonis hec Crisō. Predicta aūt .xij. consilia .xij. lapidibus preciosis possunt adaptari. Primum enim consilium quod est paupertas signatur lapide saphiro. saphirus enim flaui coloris est sicut celum serenatuz sic pauperes colorem celestem habent pro quanto a terrenis totaliter elongati solis celestibus intendunt Item saphirus dicitur ardorem interiorem refrigare et oculos purgare sic sancta paupertas ardorem cupiditatis rerum temporalium qua communiter homines mūdani estuant ita in animo istorum pauperum refrigerat vt omnia terrena bona arbitrentur vt sterquilinia et ideo faciat eos habere oculos mundos et limpidos ad contemplandum celestia quia non sunt terrenorum pulueri obfuscati. Item saphirus fugat squinanciam et morbum qui dicitur noli me tangere et vniuersaliter valet apostemata calida sic paupertas spiritus timores et infractiones viciorum non patimur sed ea sedat et fugat. Secundum consilium quod est obediencia signatur per lapidem topazium. Topazius in colore est auro similis sic obediencia Color enim auri nobilissimus est sine quo nulla pictura est perfecta et sine obediencia certe nulla perfecta virtus est quia ꝑm Aug̃. sine obediencia omnia vacua et cum obediencia omnia plena caritate reperiuntur. Item topazius bulientes aquas conpescit sic obediencia aquas humane fluxibilitatis cōpescit. Nam ex naturali fomite in nobis incentiua viciorum ebulliunt quibus obediencia frenum imponit Item topazius iram restringit et arcā obediencia iram et omnem passionē animi mitigat qua quecumq; passio vel temptacio in animo irrepserit superueniente obediencia maiorīs restringitur in homine obediente. Teraum consilium quod est castitatis signatur per lapidem smaragdum Smaragdus enim est a tota specie amator castitatis et nullo mō sustinet coitum nisi rumpatur. vnde et gestanti se ad

castitatem inclinat. Est aũt viridis pre omnibus rebꝰ
vrentibus cuius eciam fulgore vigilius aer virere
cernitur nec eius virorꝫ sole vel luna vel vmbra obꝫ
fuscatur Sic castitas inter alias virtutes viret vnde
et virgo dicta est a virore et ipsa castitas est virorꝫ
omnium virtutum ita vt eciam proximas exemplaꝫ
riter et virtualiter virere faciãt. nec obscuratur sole id
est estu cuiuslibet temptacionis. nec obscuratur luceꝫ
na mũdane glorie cacionis. nec vmbra carnalis delectaꝫ
cionis. Item smaragdus motus lasciuus compescit viꝫ
sum refocillat gratum hominẽ in verbis reddit et hecꝫ
tria ad litteram efficat caritas vt patꝫ. Item smaragdꝰ
tempestates auertit et caducum morbum curare dicꝫ
sic castitas tempestatem carnalis impugnacionis repꝫ
mit et morbuꝫ eius Vñ homo quasi caducus et amẽs
efficatur compescit. Quartum consilium est caritas p
ꝫ extenditur ad dilectionem inimicorum signatur
p carbunculum. carbunculus enim se habet ad alios
lapides sicut aurum ad cetera metalla et dicatur alioꝫ
lapidum virtutẽ habere sic caritas excellit omnes virꝫ
tutes et complectitur in se virtutes vniuersas. Carbũꝫ
culus eciaz est colore igneus sicut carbo vnus nocteꝫ
magis lucet q̃ die et arca se noctem quasi in diem
mutat. sic caritas ignis est et magis lucet in nocte q̃
in die. in nocte sez aduersitatis q̃ in die prosperitaꝫ
tis ymo eciam noctem aduersitatis et tribulacionis
vertit in diem consolacionis Item carbunculus fugat
venenum aereum et vaporosum. sic caritas sua benigꝫ
tate omnem maliciam infectuam vincat. Quintum cõꝫ
silium qđ mansuetudo signatur p ametistum. Ametistꝰ
enim est coloris violacei et habet virtutem refrigeranꝫ
di et leniendi. vnde operatur contra ebrietatem sic mãꝫ
suetudo refrigerat calorem iracundie et lenit appetituz
vindicte. vnde et ebrietatem mentis qua aliqui rapiꝫ
untur extra moderamen racionis ex crapula animi seꝫ
dat et hominem tranquillum reddit. Item ametistus
reprimit malas cogitaciones et confert in habilibus
intellectuz sic et mansuetudo qua vt dicat Ambrosiꝰ.
Mansuetus homo cordis ẽ medicus et ps. docebit miꝫ
tes vias suas. Sextum consilium scz misericordia sigꝫ
natur per onychinum. Onichinus in colore et magꝫ
nitudine est ad similitudinem unguis humane. per
ungues aũt in scripmra ultimate operaciones designãꝫ
tur et certe consilium misericordie extendit se eaꝫ usqz
ad ultimum possibilitatis nostre ymo perfecta miseꝫ
ricordia non habet ultimum et numq̃ impletur quaꝫ
si miseratis quantum potes plus tamen velle debes.
Item onychinus oppositus oculo inferno sponte suaꝫ
quasi res sensata intrat sine lesione et arcuit oculum
et penetrat interius omnes partes quousqz eius conꝫ
trarios humores prorsus excusserit. Sic misericorꝫ
dia naturaliter ex seipsa oculum cordis subintrat et cũꝫ
primum cor intrauerit emundat ipsum ab humoribus
vicijs. Vnde dominus dare inquit elemosinã et ecceꝫ
omnia munda sunt vobis. Onychinus eciam valet
cõtra scabiẽ et dealbat faciẽ. Sic misericordia scabieꝫ
peccatorꝫ abstergit ⁊ faciẽ anime dealbat qz sicut aqua
extinguit ignẽ ita elemosina extinguit peccatũ. Et vt
dicat Crisso. Elemosina illustrat animã et eã bonã effiꝫ
cit et decoram. Septimum consilium scz simplicitatis verꝫ
borum signatur per Jaspidem. Jaspis enim lapis est
viridis transparens et rubeas habens venas sic sermo
noster debet esse viridis vt semper aliquid boni gerꝫ
minet quod est contra vaniloquos debet esse transparẽs
vt in verbis appareat intencio cordis quod est conꝫ
tra dolosos et mendaces. Debet eciam habere venas
rubeas caritatis ad proximum ad quem et de quo ẽ serꝫ
mo quod est contra furiosos detractores contumaꝫ
ciosos et calumniatores. Item Jaspis fugat febrem et
ydropisim et stringit fluxum sanguinis sic simplicitas
verborum fugat frebrem iracundie qua responsio
mollis frangit iram curat ydropisim auaricie. Nam
apud mercatores et alijs temporalibus lucris in hyãꝫ
tes verborum simplicitas reputatur fatuitas. Stringꝫ
it eciam fluxum sanguinis carnalis videlicet concupiꝫ
scẽcie que ex simulatis colloquijs sepe excitatur. Octaꝫ
uum consilium quod est vitacio occasionis peccati siꝫ
gnatur per crisolitum. Crisolitus enim micat ad solez
quasi stella aurea et si ponitur in igne resilit ab igneꝫ
sic cautela occasionis peccandi micat in anima quasi
stella aurea dirigens hominem in factis suis ad imꝫ
star stelle maris vt sine offensione peccati pringat adꝫ
portum et per hanc cautelam mox vt homo aduertitꝫ
se esse in periculo resilit fugiendo a tali oportunitateꝫ
quasi ab igne. Item crisolitus repellit stulticiam et conꝫ
fert sapiencia sic vitare occasiones peccãdi ẽ magꝫ
ne sapiẽcie sicut ecõtrario querere oportunitates pecꝫ
candi magne stulticie est. Nonum consilium quod estꝫ
rectitudo intencionis ac simplicitas finis signatur perꝫ
berillum. Berillus enim est coloris pallidi et transpaꝫ
rentis et illi optimi sunt qui maculas interius nõ haꝫ
bent sic bona opera nostra debent esse pallida id est spiꝫ
ritualia et transparẽcia vt videantur ab hominibus p
bono exemplo et dei gloria et hoc tunc solum est laudꝫ
abile quando intencio est pura intus in corde ita qꝫ
sint macule intencionis siniestre. Item berillus si sit rotꝫ
undus et opponatur soli ignem accendit in carbone mortꝫ
uo sic bonum opus si sit bene rotundatum id est exꝫ
omni parte debitis circumstancijs coequatum et non
obliquatum vel distortum a fine debito et si directeꝫ
opponatur soli ita vt tota intencio dirigatur ad lumẽ
tunc accendit carbones mortuos id ẽ opera nostra pusꝫ
per peccatum mortificata reuiuiscere facit vel eciam qz
eius ardor accendit proximos mortuos p peccatis q̃
eius exemplo accendatur ad penitenciam. Item berillꝰ
valet contra squinanciam et glandes sic rectitudo intẽꝫ
cionis valet contra tumefactiones ypocrisis et vaneꝫ
gloriacionis Item berillus valet contra pericula hostũꝫ
et reddit hominem inuictum sic quia hostes nostri deꝫ
mones mirantur bona opera nostra videre per manes

gloziam et superbiam spirituales quia ꝺm Aug⁹. homis operibus insidiantur vt pereant contra hoc. Bernillus recte intencionis reddit hominem munctum. Jtē bernilly amozem inter conuges reconaliat et certe bona opera nostra recta intencione simpliciter in deum directa recō aliant animam cum deo sponso suo. Decimum consilium quod est confortatis operum ad doctrinam signatur per ligurium. Ligurius est lapis q̄ fit ex vrina limas. Naz vt plinius dicit vrina huius animalis in lapidem durescit. Sic ima conperatur doctoz vel predicatoz ꝓpter acumen visus intellectualis cuius doctrina prius debet esse in seipso digesta et per operacionem sibi incozporata et tunc quasi ex superhabūdanaa vite sue stillare in proximum liquorez doctrine ad profectum aliozum sed ipse debet prius id quod purius est sibi incozporasse sicut postq̄ id q̄ purius est in vrina conuersiū ē i substanaā alii ex tūc liquoz oziginal egreditur. Vnde sicut malum signum est in natura quando liquoz vrinalis indigestus et crudus emittitur sic malum iudicium est in moribus quando id quod docetur prius opere non impletur. Item ligurius confert constipatus et ventrem soluit sic cum aliqui plenitudine malis opibus humoribus peccatoziū p confessionez eos egerere nequunt sepe tales ex predicacione exemplaris viri cuius vita plus predicat q̄ doctrina remedium consequenter. Undecimum consilium quod est vitacio solliatudinis signatur per lapidem achatem. Achates est nigri coloris cū albis venis intermixtis in nigro coloze designatur humilitas et despectus mundi que sunt in istis qui a solliatudine temporalium sunt abstracti. Nam ipsi mundum despiaunt et amando despecti sunt. Sed in hac vita non potest esse omnino da abstractio ab omni solliatudine sed propter necessitates corporis parua solliatudo permittitur eaz perfectis et hoc signatur per venas albas intermixtas. Item achates venena fugat que sitim sedit visuz fouet sic vitacio solliatudinis venena mundani contagij fugat. Nam omnia ista mundana venenosa sunt a vir absq; contagio anime tractari possunt. Item solliatudo temporalium sitim prouocat quia multum attrahit et auarus nō saciatur sicut qui numq̄ dicit sufficit. Sed ab istis scz veneno et siti vitacio solliatudinis per oppositum preseruat. que eaam fouet visum intellectualez qui quanto minus disgregatur ad temporalia tanto fortificatur ad spiritualia. Duodecimum consilium quod est fraterna correpcio signatur per sardium. Sardius est coloris rubei sed acri sicut terra rubea. sic fraterna correpcio debet esse rubea ex caritate q̄ fieri debet sed qua caritas ista semper est cum dolore a compassione propter delictū fratris ideo rubor ille turbulentus. Item sardius restringit fluxum sanguinis sic et correpcio fraterna restringit fluxibilitatem peccādi pro quanto per huiusmodi correpcionem multi restringuntur a peccando. Item sardius accendit animum ad gaudium et acuit ingenium. Sic correpcio fraterna fratrem bonum ex post facto facit gaudentem acuit eaam ingenium ꝺm Apostolum enim omnia q̄ arguuntur a lumine manifestantur Amen.

Sequitur Oracio

Omine ihesu xp̄e rex meus et deus meus q̄ me creasti et redemisti et insuper ad me regēdum non solum precepta dedisti sed et consilia addidisti regnū quesom me constitue et me rege. illa bonitas et caritas tua que te cogit ad creandum et redimendum et ipsa et modo cogat ad regēdum. Quid enim prodesset quod composuit et refecit bonitas et caritas tua si me non regat dextera tua. Rege ergo me domine et regna in me vt te rectore te duce valeam non solum que preapis sed ea que consulis letus adimplere Amen.

De difficultate intrandi diuitem in regnum celoz et de primo omnia relinq̄ ꝓpter deū Capitulū. xiij.

Jesus aūt ihesus intuens tristem factū ex paupertatis persuasione et abisse occasione huius habentis diuicias ingreditur sermonem de auro sub diuitis nomine et vt discipulos cōfirmet in assumpta perfectione nec eis gue sit q̄ relictis oibz secuti fūt xp̄m ostendit eis quomodo diuicie faciunt difficultatez ad perfectionem et regnum consequendum dicens. Amē dico vobis quia dures difficile intrabit in regnum celozum quod scz est pauperum. Non dicit impossibile sed difficile quia difficile est diuicias possidere et nō teneri minus earuz amoze quia vt dicit Aug⁹. bona terrena diliguntur arcius adepta q̄ concupita. Aliud est enim nolle incozporare que desint aliud iam incozporata diuellere. illa enim velud extranea iam repudiantur ista velud mēbra precidunt Et vt dicit Crisō. Appetitus diuiciaruū maiozem appetit flāmam et vehementer sit turpitudo. Vbi ergo difficile ponitur nō impossibilitas pretenditur sed raritas demonstratur. Difficile enim diuicie habite contemnuntur et vix aliquis res seculi sine seculi vicijs assequitur. hec enim sunt spine et tribuli q̄ suffocauerit semen dei quare tutum est nec habere nec amare diuicias quia vt ait Beda. qui hic multiplicandis diuicijs intendunt et incumbunt alterius vite gaudia querere contemnunt. Vbi Iero. Superflua est cura de rebus corruptibilibz que cuz angustia prodeunt adepte paruo tempore subsistunt subsistentes solliatudinem ingerunt recedentes dolorem faciunt et quod peius est in ingressu regni frequenter impediunt. Deinde quasi impossibile ꝺ ostendit et quomodo diuicie faciunt impossibilitatem ad consequendum perfectionem et regnum celozum dicens. Facilius est camelum per foramen acus transire q̄ diuitem scz inordinate diuicias amantem intrare in regnum celozum scz portam angustiam et artam. Verbum terribile diuitibus quozum nulla bona sunt in celo sicut pauperum nulla bona sunt in mundo Dñ Ambro. Nam ideo nudi accedimus ad lauacrum vt

nudtad celi ianuam properemus · quā aūt incōgruū et absurdum est vt quem mater nudum genuit nudū suscepit ecclesia diues intrare velit i celū hec Ambro. Vbi attende q quando quis habere vult diuicias et nō quidam in eis confidendo vel finem et spem constituendo sed tamen vtendo eis affiatur et cum amore atra deum eas possidet ita q a perfecto amore dei et libera sequela xpi aliqualiter impeditur sic difficile regnū celorum ingreditur. Sed quando quis confidit in diuicijs et in ipsis finem et spem constituit vt inde superbiat et lasciuiat retinens eos cupide et inordinate cū amore supra deum nec ad egenos manus extendens sic impossibile est eum intrare in regnum celorum. Vñ quod dicat difficile respectu diuitis. primo nō dicat impossibile respectu diuitis. secundo modo quomodo ergo plurimi diuites regnum dei intrauerunt nisi q deo inspirante pro nichilo diuicias habuerunt · nunqd dauid in diuicijs confidebat qui de seipso canens ait · Ego vero egenus sū et pauper · alios quoq hortatur dicens diuicie si affluant nolite cor apponere. Vnde Aug⁹ · diuitem ergo hic appellat cupidum rerum terrenarum et de talibus superbientem his diuitibus cōtrarij sunt pauperes spiritu quorum est regnum celorum hec Aug⁹ · Aliud est diuicias habere aliud amare · multi non habent et amant · Itē alij habent et amāt alij nec habere nec amare se gaudent qui vltimi tuiciones sunt et cum apostolo dicere possūt michi mundus crucifixus est et ego mundo Vnde quidā phs ait licet inter diuicias esse pauperes · nec maior ille qui sic vtitur fictilibus sicut argento nec minor ille qui sic argento sicut fictilibus vtitur vel facilius hic minus signat positio sui contrarij id est minus difficile est quia minus impossibile est · Potest enim facere deus vt transeat camelus per foramen acus nullo enim obstante Auarus vero qui hic nomine diuitis intelligitur ponere in gloriam et si potest de potentia non tamen de iustitia que reclamat · Oportet enim auarum amore opum dimittere si vult ad vitam intrare vel camelus non potest intrare foramen acus nisi diuidatur p multas partes minutas quod est facilius q̄ diuitem in diuicijs confidentem et per amorem eis inherentem intrare in regnum celorum quia illud est aliquomodo possibile istud impossibile Vel vt dicatur quedā porta erat in Jerusalem que dicebatur acus per foramen non nisi deposito onere et flexis genibus poterat intrare camelus sic nec diues per viam artam potest intrare in regnum celorum nisi depositis diuicijs vel p abiectionem eas re inquendo vel saltem per subiectionem eas non amando · vel per camelum cuius vnicus et singulare officium est onera portare hij intelligunt qui peccatorum ponderē pregrauantur · Facilius ē ergo camelum id est aliquā valde peccatorem transire p foramen acus id est per artam vel angustam viaz q̄ ducat ad vitam quam diuitem cupiduz intrare in regnum celorum quia ille facilius a peccatis q̄ iste a diuitiarum spe separatē potest · Quod aūt nomine diuitis auarum significasset hinc patet qz discipuli et inopes et pauperes hec audientes et iam hominibus compatientes affectumq caritatis salutem illorum zelantes querūt admirando dicentes · Quis ergo poterit saluus esse cū pene omnes cupiant diuites fieri · intellexerūt enim sm Aug⁹ · omnes q̄ diuicias cupiunt vt amāt eas si non habeant vel adipisci nequeāt in diuitū numero deputari et sic multi sūt diuites et pauci pauperes plures enim rebus sunt pauperes q̄ diuites et ita plures saluari possent si de possessionibus opus nō dixisset · hoc aūt dicebant quia pauci sunt qui diuicias non diligant vel non appetant · Jhesus aūt aspiciēs illos oculo modesto et mansueto demenda sua seueritatem sententie temperat ac timidaz eorum mentem mitigat et eos consolans ait Apud homines quorum sez est per se cadere non per se resurgere hoc impossibile est vt per se a suis cupiditatibus conuertantur et saluentur quia nō possunt ad hoc pertingere ex virtute propria sed solum ex gracia diuina · apud deum enim omnia sunt possibilia qui per gratiam potest affectum a diuicijs separare et hominem a cupiditate terrenorū ad caritatem celestium conuertere · Vnde non est h̄ sic intelligendum q̄ diues cuz sua cupiditate et superbia in regnum dei sit intraturus · Sed possibile ē deo vt a cupiditate et superbia ad caritatem et humilitatez cōuertatur et sic intret compositam deus non facit diuisam facit Vbi Criso · Neq eciam hoc ideo dicitur vt remissus iaceas et sicut ab impossibilibus abstineas si vt magnitudinem iustitie considerans insilias deuz rogans · Fugiamus ergo pessimam auariciaz que nos terre affigit nosq intrare in regnum celorum et saluari non permittit Vnde Criso · Quid igitur tota mente audi diuicijs inhyamus quandoquidem nos iste in celum euehere non possunt rege celorum indamāte nobis atq dicente quia difficile sit nos cum diuicijs diuine illius hereditatis intrare vestibulum nō impendimus omnia · et qua naz hoc inquis ratione possibile est · Si sez altum id est celestis regni amorem intra tuum pectus induxeris · Qui enim concupiscit illius regni gloriam facile irridebit auariciam · Qui semel xpi seruus effectus non erit mamone famulus cuius certe ereptionem fit dominus · Itaq soluamus aliquando hos pessimos artissimosq nodos · Si enī insensibiles materias nō vincimus quēadmodum incorporeas possumus superare virtutes. Hec igitur intelligentes fugiamus morbum hunc omnino letalē et venenatissimus auaricie morsus curemus · Hec Criso · Et quia dixerat dominus inuenit q̄ omnia relinqueret si perfectus esse vellet petrus p se et alijs apostolis respondens ait Ecce non relinquimus omnia Et quia non sufficit relinquere tangit q̄ perfectum est et secuti sumus te · Sequi enī xpm est fidei dilectione et deuotione ipsum imitari · ille inquit diues neq omnia dimittere neq sequi te voluit cui eciam quod

responderis audiuimus·De nobis autem quid dicis
qui et omnia reliquimus et omnibus omnino postpo-
sitis te secuti sumus· Igitur scam? q? insisti illi Quid
igitur erit nobis et quid dabis premij adolescenti sua
poco maneat mund? scire cupio quid sit poco nostra
deus· Illa enim omnia relinquerat petrus de quibus
dictum est vanitas vanitatum et omnia vanitas illa
aut omnia retinuerat de quib? dictum est omnia in
omnibus licet petrus non omnia ymo valde pauca
habuerit tamen omnia reliquit q? nichil sibi retinuit
et voluntatem habendi que capax omnium volitorum
est dimisit· Nemo enim omnia habere potest velle aut
potest quia voluntas eadem impossibilium est licet &
esset pauper in actu tamen habebat multa in potenc-
ia et qua per paupertatem voluntariam non soluz re
linquuntur possessa in actu·sed eaz possibilitas ac
quirendi et possidendi alia·Et ista possibilitas aliquo
modo se extendit ad omnia ideo conuenienter petrus
dixit q? omnia reliquit quia omnem cupiditatem di
misit· Non aut ad iactanciam sed veridice et ad no-
stram instructionem loquitur petrus vt det fiduciaz
pauperibus ne solos diuites qui diuicias possunt re-
linquere estiment ad perfectionis gradum peruenire
possunt nempe peruenire et pauperes qui habent si
tem animum et affectum habendi relinquunt· Maius
quidem est habendi voluntatem quam ipsum habere dere-
linquere· Nam vt ait Aug?· Multis mortuus e mun
dus ipse tamen viciissim mundo mortui non sunt· Bo
na enim seculi diligunt et tamen ipsa que diligunt mi
nime consequuntur · Item dicit hoc petrus vt diuitum
superbiam reprimat ne qui plures diuicias relinque
runt suam humilitatem deserant et pauperes contem
nant ac ceteris perfectiores se dicant · Non enim qui
plura reliquit sed qui maioris dilectionis affectu re-
linquendi omnia xpm sequitur perfectior dicendus e
Unde putandum q? petrus magis confidens de animo
et affectu suo q? de quantitate ipsarum rerum relicta-
rum fiducialiter et confidenter ait Ecce nos reliquim?
omnia· Unde Origi· Et si enim minima cum fratre re-
liquit sed non minima sunt estimata apud deum esti-
mantem considerantem quoniam extanta plenitudine
dilectionis illa minima reliquerunt vt eadem si mul-
tas habuissent possessiones omnia reliquissent · Ite
dicit hoc petrus non tantum pro se sed et pro omnib
qui sua reliquerunt vt pro omnibus interrogans q?d
ergo erit nobis audito p̄mio omnes alliciat ad per-
fectionem et cristi sequelam· Unde Her· Dixit s̄ymō
petrus ad Ihesum ecce nos reliquimus omnia et se-
cuti sumus te hec nempe sunt verba que et contempc-
tum mundi in vniuerso mundo et voluntariaz persua
sionem fecerunt hominibus paupertatez hec sunt que
monachis claustra replēt deserta anachoretis hec n
quam sunt verba que egiptum spoliant et optima
queq; eius vasa diripiunt hic sermo vnius et efficax
conuertēs animas felici emulacione sanctitatis et ve-
ritatis promissione fideli omnia sane dixerim non tm
possessiones sed eadem cupiditates et eas maxime pl?
enim mundi concupiscencia q? substancia nocet et h
fugiendarum causa diuiciarum precipua est q? aut vix
aut numquaz sine amore valeant possidere limosa si-
quidem et glutinosa nimis non modo exteriora verum
eciam interiora substancia nostra videtur et facile cor hu
manum omnibus que frequenter adheret· Age ergo
qui relinquere omnia disponis te quoq; inter relinq̄n
da numerare memento· Ymo vero maxime et princ-
paliter abnega temetipsum si delectaberis seq; eum q? ex
amant semetipsum propter te pone grauissimam curam
pone illa quinq; non hominum plane iuga sed boum
que tibi insipienter emisti alioquin sequi sponsum et
venire ad nupcias spirituales quinaria hac pressus n
oppressus corporis sensualitate nō poteris hec Her·
Et quod respondens dominus tangit triplex premiū
quod consequuntur relinquentes omnia et sequentes
eum et per eandem viam ambulantes secum· primum
est quia cum domino iudicabunt· Unde dicit Amen n
fideliter dico vobis quibuscumq; fidelibus q? vos q̄ di-
missis omnibus terrenis secuti estis me id est mita-
cionez viuendi in regeneracione id e in iudicio tempo
re regeneracionis generis humani· Due enim sunt
regenerationes· Prima scz animarum ex aqua et spiri
tu in baptismo· Secunda corporuz in generali resur
rectione que quidez resurrectio dicitur regeneracō vl
secunda generacō que terminatur ad esse acceptum se-
cundario· Cum sederit filius hominis ad iudicandum
mundum quia sicut in forma hominis iudicatus fuit
ita in forma humana iudicabit in sede maiestatis sue
manifestam potenciam ostendendo quia in primo ad-
uentu sedit in sede humilitatis latendo et maiestatem
occultando sedebitis et vos super sedes iudicantes
·xij·tribus israhel in·xij·apostolis vniuersitas signi
ficatur iudicandum scz perfectorum qui propter cuā
gelium omnia sua dimiserunt et secuti sunt dominum
Jn·xij·tribus vniuersitas iudicandorum bonorum et
malorum· Ubi Her· felix paupertas voluntaria relin
quendum omnia et sequendum te domine ihesu felix
plane que tam securos ymo glorioso facit in illo sin
gulari fragore elementorum in illo examine tremē-
do meritorum in illo tanto discrimine iudicioz hec
Her· Et sciendum q? multiplex est iudicium· est enī
iudicium primatus auctoritatis quo iudicabit tota
trinitas· Est iudicium promulgacionis quo iudicabit
cristus homo sentenciam proferens· Est iudicium as-
sessorie dignitatis quo iudicabūt sancti et perfecti in
loco eminenciori sedentes sicut assessores iudicis iudi-
cabunt vero non dando vocē sed assensum nō aucto
ritate & assessoria dignitate· Quia enī communez sta-
tum iustorum transcenderunt viuendo seruantes non
solum precepta que sunt necessitatis sed eaz consilia
que sunt supererogacionis ideo specialem honorem
habebunt in iudicio· Unde Beda· Iusta processus est

digna retributio vt qui p̄ cristi amorem omnē mūdi gloriā contēpserunt et associentur in iudicio ac velut assessores iudicij mundane conuersationis assistant et qui ab eius amore nulla in hoc mundo poterant racōne diuelli illuc cum cristo perueniant vsq; ad fastigiū iudiciarie potestatis hec Beda. Est etiaz iudicium conparationis quominus mali iudicabunt malos magis vt minuite surgent in iudicio ꝛc. Est eciam iudicium approbationis quo omnes electi quorum exemplo ceteri damnabuntur iudicabunt quia sententiam iudicis approbabunt et laudabunt. Est quoq; iudiciū retributionis quo iudicabantur omnes et bom et mali Est et iudicium dispositionis quo iudicati sunt infideles qui enim non credit iam iudicatus est. Qui enim nunc videntur scabello superiorum et sedes tunc erunt iudices eorum et sedentes quod bene intuens prophetia ait quia illic sederunt sedes in iudicio Tunc enim erunt primi nouissimi et nouissimi primi quia illi qui sunt hic primi in honore alios iudicantes iniusti tunc erūt nouissimi et inferiores ac iudicio aliorum subiecti et econtra qui sunt hic nouissimi et despecti tunc erunt primi et iudicis assessores et hec ē mutatio dextre excelsi. Vnde Hier. iudicent nunc et preiudicent superbie filij cum rege suo qui sibi latera aquilonis elegit exaltentur et eleuentur sicut cedrus libani transiuimus enim et ecce non erant. Opprimāt nunc quos possūt blasphement cōgregent maledicta veniant super nos obprobria exprobremaum cristo quoniam merces nostra copiosa est in celis hec Hier. Secundum premium est quia centuplum acapiet in hoc tempore. Vnde Hier. et omnis qui reliquerit domum siz propriam vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut vxorem aut filios id est ppinquos aut agros id est possessiones terrenas. Vbi tāgit abdicationis actum quo ad tria siz quantuz ad propriam dominationem que intelligitur per domū quātum ad carnalem cognationem que intelligitur p cōsanguineos siue propinquos quantum ad temporalez possessionē que intelligitur per agros et sic patet ordo quia difficilius est relinquere propriam dominationē cognationem q̄ et cognationem q̄ possessionem exteriorem propter me et amorem meum seu propter nomen meum dilatandum et propter euangelium et doctrinam meam predicandam vel obseruandam nō propter vanitatē mundi sicut ypocrite et pharisei nō propter lucrum vt ambitiosi sperantes promoueri centuplum acapient in hoc tempore hoc centuplum spiritualium rerum est videlicet virtutum et consolationū internarum quas experiendam cognoscimus magis q̄ per doctrinam. Cum enim anima gustat odorem paupertatis castitatem virginis patientie ceterarumq; virtutum saporem et in eis delectatur nōne centuplū tibi recepisse videtur et si vlterius ascendat vt visitacōnem sponsi acapiat eiusq; presencia glorietur nonne tunc recipit plusq̄ millecuplum omittiz que pro eo dimiserat. Vnde Hier. Nemo sane mentis ampliorē esse in diuicijs credat q̄ in virtutibus delectationez Et iterum an non omnia possident cui omnia cooperātur in bonum an non centuplum habet omnium qui implentur spiritu sancto qui celestium habet in pectore nisi q̄ longe plusq̄ centuplum est visitatio paracliti spiritus et presencia cristi. Et iterum centuplum ē adoptio filiorum primitie spiritus delitie caritatis glorie consciencie que est regnum dei quod intra nos est hec Hier. Dices quomodo verum est quod loquitur veritas non fallit quin centupluz reddat in seculo et non tantum semel sed pluries et sepe anime sibi deputa deo vt sic afflcat eam q̄ non solum id quod reliquit sed et totum mundum arbitretur vt stercora vt sponsum lucrifacere possit. Vnde Crisо. et nos itaq; si gustauerimus sicut oportet fructus spirituales de reliquo neq; estimabim⁹ aliquid presencia esse velut q̄dam optima ebrietate futurorum concupiscencia rapti. Gustemus itaq; vt a tumultu presencium liberati eternis fruamur bonis. Vnde et Iero. Qui ergo ppter fidem cristi et predicationem euangelij omnes affectus carnis contemserint atq; diuicias et seculi voluptates isti centuplum acapient. Sensus iste est qui carnalia pro saluatore dimiserit spiritalia reapiet qui consparatione ⁊ merito sui ita erunt quasi paruo numero centenarius numerus comparetur. Vnde et Aug⁹. hec eciam quod hic dicitur centuplum acapiet Apostolus quodāmodo exponens ait quasi nichil habentes et omnia possidentes. Centum enim pro ipsi vniuersitate aliquando ponitur. Vnde eciam Cyrll. Si domum quis dimittet reapiet mansiones supernas si patrem habebit celestem si a germanis recesserit in fratrem hunc reapiet cristus cum dimiserit coniugem nuemet diuinam sapiencia a qua procreabit spirituales fructus pro matre nuemet Jherusalem celestem que est mater nostra hec Cyrll. loco eciam paucorum amicorum carnalium reapiet multo plures amicos spirituales et pro paucis bonis spiritualibus reapiet multa sim illud actu. erant illis omnia communia. Vnde in Col. abbatis abrahe. Manifestum est enim eum qui quid secularium vel affectuum vel honorum cristo suadēte contemserit a fratribus atq; consortibus propositi sui qui ei spiritali glutino colligantur centuplo gratiorem eciam in hac vita reapere caritatem. Centupluz eciam fratrum parentum ve reapiet quantitatē quisquis patris vnius vel matris seu filiorum pro cristi nomine caritate contempta in omnium qui cristo deseruiunt dilectionem sincerissimam transit pro vno scz tot mapiens habere patres fratresq; feruentiore sibi atq; prestantiori affectione deuictos. Multiplicata eciam domorum atq; agrorum possessione ditabitur quisquis vna domo pro cristi dilectione relicta in munera monasteriorū habitacula tamquam ppria possidebit in quacumq; orbis parte velut in sue domus iure succedens hec Abrahām. Terauum premiuz

subungit cum dicat et vitam eternaz possidebit sez in futuro· Vnde Aug⁹· quia multum amant homines viuere in hac vita terza promissa est illis vita et qz multum timent mozi promissa est illis eterna hoc sufficere visuz est humane infirmitati vt dicerentur habebis vitam eternam· Amemus vitam eternam et ex eo nouerimus quantum pro vita eterna laborare debemus cum videamus homines presentis vite amatores tam pozalis atq; finiende sic pro illa laborare vt quādo venerit mozti metus quicquid possint faciunt non vt auferatur sed vt differatur moz hec Aug⁹· felix paupertas que reapit centuplum in presenti et vitam eternam in futuro quod magna debent esse cristi pauperibus consolacio· Vnde Hier· Centum inquit acapiet et vitam eternam possidebit illud in via hoc in patria illud consolacio presentis laboris hoc future feliciatis consumacio est nimirum operaris huius seculi solet arbus in ope merces in fine dari· Hic militantibus stipendia ministrantur pro necessitate temporis et nouissime donatiuuz matus erogatur pro quantitate laboris sic et filijs israhel donec terraz promissionis intrarēt in deserto mānā nō defuit et ab ecclie post quesitū regni celestis aduentum cottidianus panis cottidie petit̄ in oracione quaz ipse saluator instituit hec Hier· Considera ergo bene hanc retribucionem et gaude et gracias age deo qui te ad talem adduxit negociacionē vt hic de vno lucreris centupluz et michi dominus posthea vitam eternam· Et in hāc paradisum sepe ingredere quod cōsequi poteris ex studio oracionis et humilitate· Quid igitur est insane qp homines simpla pro centuplis et vita eterna cunctantur relinquere· Cum itaq; sancti terrena omnia vt aurum et argentum abiecerint cur eorum reliquias populo questus ostendendo cogimus eos illa mendicare que hic spreuerūt Vnde vbi nos habemus sanctuz in greco habetur ἁγγ os quod sonat sine terra qua sancti non terrenis dediti sunt nec in terra sed in celis conuersacionem habent et ideo ad pedes apostolorum aurum et argentum ponebatur ex precepto eorum vt sic ea docerent esse cōtemnenda· Imitemur ergo discipulos domini relinquendo diuicias ac gloriam ac omnia que sunt mundi quia sic ipsi preapue effecti sūt magni· Dñ Criso· quid est quod magnos apostolos ostendit pecuniaz contemptus glorie despectio ab omnibus vite huius negocijs erepcio quasi nō hec habuissent sed secūdū passionem essent et si decē milia mortuos suscitassent non solum nulli profecissent sed et seductores vtiq; estimati essent ita vita est qui vbiq; fulget et spiritus attrahit· signa vero si non vigilauerimus obsunt mirabilia· hec igitur quibus facti sunt apostoli magni zelemur et ab vniuersis desistentes vite huius negocijs apponamus nosmetipsos cristo vt apostolorum consortes efficiamur hec Criso·

Sequitur Oracio

Omine Ihu xpe da michi misero indigno qpter te et amorē tuū ac propter nomen tuū glorificandum diuicias et deliacias ac pompas ac omnia que mundi sunt· Necnon et memetipsum inter omnia valeam relinquere omnibus exclusis tibi soli adherere et pro modulo meo te sequi qualicumq; imitacione viuendi vt te rectore te duce laqueos et insidias omnium inimicorum meorum visibilium et inuisibilium merear euadere ac premia q̄ relinquentibus omnia et te sequentibus promisisti misericorditer obtinere Amen·

De denario diurno Capitulum·xiij·

Et quia non sufficiat predicta relinquere si homo torpore deficiat et non perseueret ideo ne quis torpeat cum bene ceperit infert dominus et dicit· Multi autez erunt primi nouissimi et nouissimi primi· Multi enī ascendunt et descendunt de statu in statum meliorem et peiorem· Multi primus feruidi postea torpent· Multi primus frigidi subito mardescunt· Sunt enim multi qui opera perfectionis bene et feruenter pre multis inchoant sed torpētes in progressu a diuino amore tepescunt et in bonis operibus segnes fiunt et ab eis deficiunt vel in via funditus labuntur et cadunt et econuerso aliqui tarde vel tepide inchoantes ita feruide et bene operantur qp meritis precedūt illos qui eos precedere videbantur et sic qui primi fuerunt inchoando erunt nouissimi vel nulli in perseuerando· vel qui fuerunt in primo et excellēti statu erūt in nouissimo Vnde legimus de apostolo in apostatam versum et latronem in cruce confessorem factum· Dicit similiter de iudeis et gentibus quia iudei primi fuerunt vocacione et nouissimi facti sunt conuersione et gentiles econuerso· Sic et nouissimi per humilitatem fiunt primi per gloriam et primi per superbiam fiunt nouissimi p abiectionem finalem· Multi enim in seculo despecti in futuro sunt glorificādi et multi apud homines gloriosi in fine sunt damnandi· Deinde hanc sententiam confirmat per similitudinem proponens parabolaz in qua nos docet fugere otium et mutat ad laborem q̄ parabola specialiter pertinebat ad discipulos quia continue laborare in agro dominico preapue pertinet ad prelatos· Vnde aūt facilius appareat quid in parabola lateat attendenda sunt sex· Primo quia homo paterfamilias est deus pater qui homo dicitur non proprietate substancie sed pietatis affectu· Dicitur enī homo quia est humanus id est benignus mansuetus et misericors arca hominem· et dicitur paterfamilias per creacionem et prouidenciaz quia ita gubernat omnia sicut paterfamilias subditos in domo sua cuius familia est omnis creatura· Secundo quia operarij sunt predicatores et eā omnes recte viuentes sed multi hodie tātum verbarij vel operarij sunt quia dicunt et non faciunt· Tercio quia denarius est vita eterna operarijs domini promissa· Quarto quia vinea allegorice est

ecclesia ſm Gre. moraliter anima ſm Basilium. iuſtitia generalis ſm Criſo. Quinto quia hore ſunt etates mundi vel etates hominis. Sexto quia procreator vinee eſt criſtus ſm q̄ homo. in quantum aūt deus eſt paterfamilias cum patre qua vnum cum eo. Dicat g̃ ſimile eſt regnum celorum id eſt preſens ecclesia vel iuſtorum vita homini paterfamilias id ē deo vniuerſe creature et fit hic comparatio non tam perſone ad perſonam q̄ negocij ad negocium et eſt ſenſus. negocium quod fit in ecclesia preſenti ſimilari poteſt negocio quod ab homine patrefamilias quandoq; fit qui exiſt per ſui manifeſtationem et ſue bonitatis diffuſionem. Vt enim dicat Gre. quando non cognoſcitur in ſecreto eſt quando vero cognoſcitur de occulto procedit ad notitiam eo ergo frequentius exiſt quo amplius ſui notitiam dedit primo mane id eſt in prima etate mundi ſcz ab adam vſq; ad noe conducere operarios id eſt iuſtos ei ſeruientes nomen ſuū alijs manifeſtantes in vineā ſuam id eſt in ecclesiam militantez cuius palmites ſunt iuſti a primo abel vſq; ad vltimū electum Vel ſm Criſo. conducere operarios in vineam ſuam id eſt acquirere recte viuentes in operibus iuſtitie et ſic iuſtitia eſt vinea et palmites virtutes Vel ſm Baſili. per vineam anima ſiue conſcientia ſignificatur in qua laborandum eſt vt amputemus palmites luxuriantes carnalis concupiſcentie proiciamus lapides ſuperbie et exturpemus ſpinas auaritie. Per vineam eciam intelligere poſſumus penitentiam in qua per diuerſas horas operij cōducimur Dū alij pueritia alij in iuuentute alij in ſenectute cōuertuntur. Ergo paterfamilias per dominationem exiſt per manifeſtationem conducere per multiplicationem et mutationez operarios non tantum locutores qua melior eſt predicatio facti q̄ verbi in vineam ſuam per bonorum operum multiplicationem. Sic adam primo poſitus ē in paradiſo ſi q̄ non coluit ē electꝰ. ſic populꝰ iudaycꝰ in ſpeciali cultu diuino poſitus eſt electus ſic et nos mō poſiti ſumus et ſi negligerimus ſimiliter proiicemur ruina precedendum admonitio debet eſſe ſequendum Conuentione aūt facta cum operarijs ex denario diurno iſta cōuentio eſt vite eterne pro labore promiſſio que quidem vita eterna dicitur denarius primo ratione nominis. Denarius enim a decem dicitur ex eo q̄ olim decem nummos vſuales valuit qua in quo ſignatur precium pro vſu et obſeruancia decalogi promiſſum. Et ideo illa vita denarius dicitur q̄ p decalogi obſeruationem datur. Secundo ratione figure quia in denario eſt figura ſperica et rotunda vbi non eſt inuenire primapium et finez in quo ſignificatur vite eternitas et plena eternitatis poſſeſſio. Tercō ratione ymaginis in denario enim ymago regis eſt inſcripta in quo anime ad deum notatur cōformitas plena. Ymago enim dei in beatos imprimetur per aſſimulationē ad deum et tranſformationem in ipſum. Quarto ratione ſcripture in qua notatur plena ſcientia et cognitio veritatis que ibi erit in beatis et vocatur iſte denarius diurnus eum qua tota vita hominis tota eciam vita preſens reputatur quaſi vna dies in qua numquam a bono opere eſt deſiſtendum. Tum quia non niſi in die ſalutis operante et nō in nocte culpe reddit tum q̄ in die glorie p̄mo dabit miſit eos in vineaz ſuā q̄ ab initio miſit ad vocandū homines ad fidē recipiendis et mutauit ad viuendum iuſte et bene operandum. Et egreſſus per maiorem manifeſtationem arca noaz terram ſcz a tempore noe vſq; ad abraham vidit p miſeracionem alios ſtantes in foro ociosos et illis eciaz ad vineam mutatis mercedem promiſit ſm Criſo. p forum mundus accipitur in quo calumnie murmurationes diuerſorum negociorum difficultates ſemp tumultuoſe et omnia venalia ſunt. In iſto foro anime hominum venales exponuntur. Mercatores duo ſunt deus et diabolus quidam ſic dei ſunt vt vendāt propriam animam diabolo pro vili precio quia pro modica preſentis vite delectatione vt gulioſi et luxuriosi quidam pro honoribus et gloria mundi vt ſuperbi et vane glorioſi quidam pro diuitijs et bonis temporalibus vt raptores et auari. Talem mercatorem fugiamus et vendamus animas noſtras criſto qui nos emit ſanguine ſuo preciosō. Ociositas eſt debiti operis defectus. Vnde ſm Criſo. peccatores mortui ſunt nō ociosi qui diabolo ſeruit mortuus ē qui opus dei nō operatur ociosus eſt qui aliena tollit mortuus eſt qui ſua non dat ociosus. Coluiſti vitam miſericordie ieiunio ſi ieiunas nemini das ociosus et ſic de alijs Iterum aūt exiſt per ampliorem manifeſtationem arca ſextam ſcz abraham vſq; ad moyſen et arca nonaz ſcz a moyſe vſq; ad x̄pm et fiat ſimiliter ſcilicet mutando et mercedem promittendo. Circa vndecimam vero id eſt in vltimis temporibus ſcz a tempore criſti vſq; ad finem mundi exiſt p darioꝛem manifeſtationem cum criſtus apparuit et muenit alios ſtantes non proicientes non ſe humiliantes ſcz gentiles et dixit illis quid hic in loco tam periculoſo tam tranſitorio tam fetido ſtatis cū pedus ire deberetis qua vita breuis via longa virtus debilis tota die cuz habeatis temporis oportunitatem mercedis ſecuritatem et immenſitatē ociosi vobis nichil proficientes proximis non ſubuenientes deo non ſeruientes hoſtibus non reſiſtentes et in poſterum non prouidentes cum multa mala docuit ociositas quaſi dicat dominus ociosis. Cur toto tempore p ſalute veſtra negligitis laborare Dicūt ei quia nemo nos conduxit id eſt nullus prophetа nullus doctor ad nos inſtruendos venit dicit illis Ite et vos ſcilicet gentiles in vineam meam mente credendo ore confitendo et opere laborando quia ſm Criſo. qui nō operatur in hoc ſeculo non manducat in futuro. Ymo dies iſte eſt dies operationum dies qui ſequitur eſt feriarum Et interponitur hic coniunctio copulatiua ſcz et. q̄ gentiles modis adiuncti ſunt vt vna ecclesia ex ambobus fieret. Iſta parabola primapaliter et communiter exponit

scom diuersas mundi etates vt iam visum est supra
Aliter aut potest exponi de vocatis ad gratiam sm
diuersas etates hominum et sic in mane seu prima hora
intelligit puericia in tenera adolescentia. in sexta iuuen?
seu virilis etas. in nona senectus in vndecima senium
seu decrepita etas in quibus qui in bonis operibus
laborare negligit tota die id est tota vita ociosus stat.
Ergo quolibet tempore qualibet etate vocat deus homi-
nes ad gratiam et gloriam qui semper aliqui ad vi-
tam bonam perducuntur et a domino premiantur. si
enim vera nūc sera erit penitencia. Nota hic verbum
cuiusdam hominis sibipsi opponentis et dicentis iam
es in hora nona quid igitur ociaris nunc es in vnde-
cima quid igitur stas quam aliam expectas sed nec
in vndecima hora hō dedignabit seruire tua sm Ysi-
ser sunt etates hominum. Prima est infancia et protē
ditur in septem annos. Secunda est puericia tēdens
vsq; ad .xiiij. annum. Tercia est adolescencia que p-
tenditur vsq; ad .xxviij. annos. Quarta est iuuent?
simiens in quadragesimo anno. Quinta est senioris
id est grauitas que ē dedmacio iuuentutis in senectu
tem nondum senectus sed iam non iuuentus que tū
etas a quinquagesimo anno iapiens in .lxx. termi-
natur. Sexta est senectus que nullo annorum tem-
pore determinato finitur ꝙ post illas quinq; etates ḥn
humanaq; vite est senectus deputatur. Septimus aūt
pars est vltima senectutis dicta ꝙ sit terminus sexte
etatis. Septima vero est in quete animarū vsq; ad
diez iudicij et tunc in resurrectione erit octaua etas
Cum sero aūt factum esset id est cum finito opere fini
mundi vel vite huius aduenit. Vbi sm Criso. consi-
dera ꝙ non mane ymo sero reddit mercedem qua so
lum remunerat perseuerantem operarium et fidelē dicit
dominus vinee id est deus pater qui dominus est p-
curatori suo scz cristo. pater enim omnia dedit in ma-
nus suas voca operarios et non ociosos ante tribunal
et redde illis mercedem scz eternam. Voca inquaz eos
de labore ad requiem de merore ad iocunditatem de
bello ad pacez. incipiens a nouissimo vsq; ad primos
Denarius datur primo nouissimis quia sm Aug. li-
cet detur omnib; simul cū illi q; post vnā horā vel pau
cas ipsū recipiūt dicūtur prio? recipe ꝙ illi post mltas
horas respectauerūt et postea receperūt Et sm Criso.
iustitia fuit omnib; reddere sed nouissimis primo hoc
non fuit iustitie contrarium sed misericordie ostensiuū
dum tamen aliis reddatur. Vnde sm eundem vt osten
dat deus inestimabilē misericordiaz suā primo nouis
simis reddit mercedem postea primis. Nimia em mi
sericordia ordinem non aspexit. domini ergo miseri-
cordia que in domis suis pl? aspicit cor et prefert opi
et tempore supplet in nobis damna istius operis et tem
poris. Vnde Bern. Exagrega quantum vis merita
et extolle sudores meliorē misericordia domini dei sup
vitas ex ea sine operis ac temporis damna michi re
laxao. et sic ex precepto patris familias acceperunt no
uissimi et similiter primi scz singulos denarios id est
singula premia mixta conuencionem scz eternitatem
vel vitam eternam sm Aug. iste vnus denarius q̄ om
nibus datur est vita eterna que ab ommib; percipie-
tur que equalis erit ommib; nulli longior nulli bre-
uior quia in ea non viuet vnus alio minus vel pro
lixius meritorum tamen diuersitate fulgebunt alij ma
gis alij minus. hic ergo denarius est in se multiplex
propter differenciam accipiencium quia ibi erunt mul
te diuersitates meritorum. Et accipientes primi mur
murabant aduersus patremfamilias dicentes hij no-
uissimi scz gentiles vel martires vel in bonis feruen
ciores vna hora fecerunt quia modico tempore laborē
sustinuerūt. Deuocio enim voluntatis temporis spa
cium breuiauit cum merito possessiones cristi et pares
illos nobis fecisti scz in premio qui portauimus pon
dus diei et estus pondus diei significat opus iustitie.
estus vero temptacionem siue calorem temptacionū
quas conflant maligmitas demonum cupiditas tem-
poralium delectaciones motuum carnalium. Portau-
imus ergo pondus quia iustitiaz seruauimus et nō
succubuimus. Potest dici q̄ ista murmuracio erit ami
racio de tanta dei bonitate in sanctorum remunera
cione. Vbi notandum q̄ duplex est murmur scz con-
questionis et admiracionis. Nūc vero sancti non mur
murant tamquam de aliorum gloria cōquerentes sed
quia vidēt q̄ deus tam copiose remurmurat tarde ve
nientes q̄ sibi longo tempore seruientes quasi mur-
murare dicuntur dei super hoc libertatem et miserecordi
am admirātes quia illi nouissimi quasi pro nichilo et
sine labore vitam eternam videntur acquirere. Vnde
et petrus murmurare potuit q̄ latro ociosus ipso ad reg
num proierit. Vbi sciendum q̄ ista retribucio iusta
est quantum ad precedentes quia datur eis preaū con
uentum. et misericors quantum ad sequentes quia p
modico labore equalem prioribus acapiunt mercedez
Non igitur iniuste agitur cum primis sed misericor-
diter dispensatur cum vltimis. Murmurat primus p
iustiam extremos sm sui bonitatē. Et equale acapi-
unt premium vt ostendatur sm Apostolum q̄ nō ex
operibus saluati sumus. Itaq; non quotitatē nec qua
litatem operum vel laborum sed pocius cor et caritatē
attendit dominus in remurmurando quia non consi-
derat quantum vel quamdiu operatus fueris sed ex qua
to. Hinc eā colligit q̄ vera penitencia si vera fuerit nec
tollit gratiam nec diminuit. Et licet postremi equali
ter murmurentur cum primis non tamen stulte diffe-
ras conuerti vel bene operari vsq; ad vndecimā horā et
vltimaz temporis ne tunc inimis oneratus peccatis ha
bens cor impenitens ex onerari non possis vel si pem-
tēs ad multā p peccatis satisfactionē teneaberis. Si tū
vsq; ad vndecimam distulisti bene viuere nec tunc des
idie sed magis q̄ prius exercitacionem anime intende.
Vnde Tullius. Sembus labores corporis minuendi
exercitaciones anime augende videntur et ita michil

magis cauendus est senectutis vel langwore desidiaq; succedat. Moraliter isti murmurantes figuram tenēt quorundam daustralium quia eo q; diuitis fuerint in dauitro murmurant si eis preponantur iuniores vel parificentur. Vnde docentur hic seniores daustrales non debere murmurare si viderint aliquos minores ipsis equari vel eciam in officijs preferri et plus honorari. Item datur hic documentum q; religiosi non debent facere comparaciones sui ad alios quasi ipsi plus seruiant deo q; seculares q; sepe videmus q; quidam secularium equantur merito quorundaz religiosorum vel eciam eos excedunt per meritum. Ait ille respondens vni illorum dixit quod aūt vni dixit omnib; dixit vel vni quia vna et equalis erat omnib; occasio murmurandi. Amice non facio tibi iniuriam quia iniuria non habet locum vbi est mera graciaet ideo si fiat et dat graciam vni non fiat iniuria alteri. Rōne ex denario et pro mercede conuenisti mecum a principio Tolle quod tuum est quasi diceret paratus fui tibi reddere mercedem tuam et vade intra in gaudium domini tui. an nō licet michi quod volo facere quasi diceret sic quia voluntas dei nullo modo distorta esse potest. Vnde signanter dicit quod volo quia enim vult ideo liciatum nos quia liciatum ideo volumus et vt non solum liciata sed eciaz benignitate plena ostendatur voluntas diuina addit An oculus tuus id est consideracio tua nequam est et inequalis quia ego bonus sum scz ex natura bonitatis mee habundanter communicans. Vnde dicitur nequam non propter culpam sed propter considerationis inequalitatē quia illa admiracio procedit ex consideracione diuine iustitie magis q; eius misericordie infinite Vbi Gre. Stulta est questio hominis contra dei bonitatem Conquerendum quidez esset si nō daret quod deberet non si dat quod nō debet. Vnde et Criso. de dato eius nemo iuste murmurat qui amplius dat q; homo desiderat. Vltimo concludens parabolaz dicit sic scz ostensuz est erunt nouissimi primi et primi nouissimi id est equabūtur primi et nouissimi vt nulla sit inter eos differencia temporis causa. Sepe enim illi qui ad penitenciam tarde veniunt aliis remurmurantur q; illi qui tempestiue veniūt quia aliqs de corpore exeunt vel sepe illi qui tarde ad penitenciam veniunt tempore precedunt alios in feruore sicut in agnere fieri cōsueuit vl' qui tardius exierunt velocitate morum compensant. Vel illi qui fūt nouissimi in oculis suis sunt primi in oculis dei. Vel illi qui sunt nouissimi iudicio hominum sepe sunt primi iudicio dei q; deus non considerat exteriora hominis sed interiora cordis. Quamuis aūt audisti in parabola omnes accepisse singulos denarios non tamen putas omnes ad fidem vocatos vitam eternam accepturos. Vnde additur sentencia valde mirenda. Multi enim de primis de tercijs de sextis nonis et nouissimis sunt vocati ad fidem et meritum. de hijs vero omnib; pauci fūt electi ad beatitudinis premium et regnum. Multi sunt de ecclesia militante qui non erunt de ecclesia triumphante. in quo paucos ostendit esse eos qui saluantur ad comparacionem eoruz qui per singulas horas vocātur Quia sm Gre. Ad fidē plures veniunt plures ecclesie parietes implent sed ad celeste regnum pauci perducuntur. Hoc figuratur de filijs Israhel quorū multi ad terrarum promissiones fuerunt vocati sed pauci ad mirandum fuerunt electi. Et similiter de gedeone q; plures ad bellandum vocauit sed paucos elegit quos secū duxit. quia lata est via et spaciosa que ducit ad perdicionem et multi sunt qui intrant per eam. Sed arta ē via et angusta porta q; ducit ad vitā et pauci sunt q; intrant per eam. Dupliciter aūt nos vocat deus in presenti ad laborem in futuro ad requiem. Vnde necesse ē q; quicumq; futuram desiderat requiem et remuneracionem presentem non refugiat laborem quia illi qui p deo fideliter susceperunt laborem feliciter peruenuut ad remuneracionem quando audiunt deum dicentem venite ad me oēs q; laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Et tanto maiorem remuneracionem acapient quanto maiorez laborez sustinent. quia teste apostolo vnusquisq; mercedem sm suam laborez acapiet Omnes ergo qui vocati sumus nouimus vtruz vere electi adhuc ignoramus et ideo tanto solliciciores ēe debemus in bono opere quanto meritabiles nos ēe scimus de vocacione. Vnde Gregor. Duo ergo sunt que solliciti pensare debemus. Primuz est vt de se quisq; minime presumat quia et si iam ad fidem vocati digni sit vtram perhenni regno dignus sit nescit. Secundum vero est vt vnusquisq; proximum quē latere fortasse in vicijs conspicit desperare nō audeat quia diuine misericordie diuicias ignorat quid enim sit hodie aspiamꝰ sed quid cras futurꝰ sit vnusquisq; nescimus. plerumq; et qui post nos venire cernitur p agilitatem nos boni operis antecedit et vix eum cras seqm quē hodie pire videbam. Dñs et Cri. hec parabola posita ē vt q; tarde conuertunt nō desperent & audiores fiāt quoniā in hac vita nō est sera penitencia quin si corde pfecto fiat possit tāto feruore procedere vt mereatur multis prioribus non sic feruentibus in primio anteferri hec Criso. Nullus ergo desperacionis nullus locus restat excusacionis siquidem in omni etate et in omni hora peccator suscipitur Peccator enim qualibet hora conuersus fuerit et ingemuerit vita viuet et nō morietur. Et quia incerta est in omnibus etatibus cuilibet hore vocacionis paratus vnusquisq; debet ēe in bona operacione vt sicut incertus est exitus sic certus sit in bono opere animus. Ne forte si quādo potest nō vult bonum operari tunc inpiat velle quando vero erit posse. Debemus ergo omni die sic viuere tamq; illa die morituri vt sic residuum temporis nostri possimus expectari securi. Vnde Seneca. Sic ordinandus est dies omnis tamquam cogat agonem atq; expleat vitaz ille beatissimus et securus sui possessor est qui crastinum sine solliciudine expectat. inter certa

cia conmicendum videtur eos qui contrario ducti ſpi-
ritu vite preſentis omnia bona reſpuunt et eligūt ma
la omnia bona domini et omnem habituros conſolacō
nem et iterum ſi de penarum diminucione ſolacium p̄-
bere voluero cruelis ero et non miſericors quantum
enim ſubtraham de pena tantum de corona furabor tā
tum minus erit de fructu quantū de ſemine ſubtrahe
ro. Renuat ergo conſolari anima mea conſolacione
huiuſmodi ſed memor ſit dei et cōſoletur in eo. apud
ipſū namq; ipſa quoq; tribulacio magna quidē conſola
cio poterit inueniri hec Ber. Hic ergo huius vite fe
liciras diuitem infelicem facit. Qua vt diat Aug⁹.
michil eſt infelicius felicitate peccantium qua penalis
nutritur et mala voluntas velud hoſtis interior robo-
ratur. Vnde et Seneca. breuem tibi formulam dabo
qua te metiaris qua te perfectum eſſe iam ſentes tūc
habebis tuum bonum cuꝫ intelliges infeliciſſimos ee fe
liceſ. Et iterum michil eſt infelicius et demencius eo
cui michil vnquā aduerſi non licuit illi ſe ex-
periri. Et iterum te iudico miſerum quia non fuiſti mi
ſer tranſiſti ſine aduerſario viam nemo ſcit quid tu po
tueris nec tu quidam ipſe hec Seneca. infelicitas ve
ro huius vite lazaꝝ purgauit et felicem fecit. pluribꝰ
quippe modis purgamur in iſta vita. quibuſdam
enim eſt purgacio cruciatus corporis quos eis male
inferunt aliquibꝰ afflictiones carnis quas ſibipſis p
ieiunia vigilias et alios labores ingerunt. Quibuſdā
vero carorum vel rerum amiſſio aliquos dolores vel
egritudo quibuſdam victus vel veſtitus egeſtas ali
quibus ipſius mortis acerbitas. Deinde ſubiungitur
et in hijs omnibus id eſt inter hec omnia q̄ petis vnū
ē quod impedit ſcz q̄ inter nos et vos chaos magnū

firmatum est id est distancia magna meritorum et statuum firmata rigore diuine iustitie vt impossibilis sit transitus ab vno statu in alium ideo subditur vt hij qui volunt hinc transire ad vos non possūt neq; inde huc trāsmeare quia anime separate sunt extra statum meriti et demeriti. Vnde Criso. Videre possumus transire non possumus et nos videmus quod fugimus et vos videtis qō perdidistis et nostra gaudia accumulant vestra tormenta. et vestra tormenta accumulāt nostra gaudia hec Cri. q damnati vellent venire ad locum electorum si esset possibile non est dubium ꝫ q electi vellent ire ad locum damnatorum non videt Vnde dicendum q non vellent ire illic ad mandū vellent tamen illic ire si eēt possibile ad ꝑpmquos fuos liberādum illud tamen velle intelligitur ſm voluntatem naturalis compassionis non aūt ſm voluntatez deliberatiuam in qua conformantur simpliciter diuine iustitie et dispositōne diuine volūtatis noli ergo diuitem imitari in superbia vite. quia vt dicit Gre. Illic eos a sorte humilium separat inde qui se hic in superbie cumbus exaltant neq; in concupiscencia carnis q vt dicit idem Gre. Non possunt qui hic voluptatibus sue carnis seruiunt illic in omnū grege numerari neq; in concupiscencia oculorum. Quia vt idem Grego. Testatur regnum celorum perapere nequeunt qui hic toto desiderio terram querunt de qua auaricia eciaz Criso. hoc loco dicit vbicunq; abieris philargiros et auaros pumitos videbis et nunc quidem audient chaos est inter nos et vos. nunc aūt ite maledicti in ignem eternum qui paratus est nē et vbiq; abactos eos aliquis videbit et nusq; locum habentes q; in tenebras que itaq; recte fieri nobis est vtilitas ad salutem hec cum audierimus illic est stridor dentium et tenebre exteriores et ignis paratus hic aūt sunt inimicie et accusationes detractiones pericula sollicitudines insidie et ab omnibus odio haberi eciaz ab hijs qui videnē adulari philargirum denig; vmuersi simul contristant et impeperum vitium est auaricia. Si enim pecunias despicere non sustinet quomodo superabit vnq; concupiscentiam et glorie pecunias et furorem et iraz hec Cri. Postq; ergo vt dicit Gre. ardenti diuiti de se spes tollitur eius animus ad propinquos quos reliquerat recurrit. Vnde sequitur rogo ergo te pat vt mittas eum in domum patris mei. habeo enim quīq; fratres vt testetur illis ne et ipsi veniant in locū hūc tormentorum non dixit hoc caritate ductus quaz ante mortem non habuit nec postea acquisiuit sed timori seruili ne mi ipsorum consorcio eius pena augeretur q fuerat eis occasio peccandi tamē racione diuitiaruz ꝗs eis dimiserat ab vsum cum exemplo male vite quod eis dederat ad sequendum. Vnde Gre. Qua in re notandum est quanta ardenti diuiti supplicia cumulantē Ad penam namq; suam ei cognicio seruatur et memoria. Cognouit enim lazarum quem despexit et fratruz suorum meminit quos reliquit. vt enim peccatores in supplicio amplius puniantur et eorum videnē gloriam quos contempserunt et de illorum pena torqueē quos mutiliter amauerunt. petenti aūt diuiti vt lazarus mitteretur abraham protinus respondet habent moysen qui docuit moralia et agenda et prophetas q docuerunt mistica et credenda et ista sufficiunt ad salutem ideo sequitur audiant illos. Ex hoc patet q isti diues et fratres eius erāt de gente iudeorum quia gentiles non habebant doctrinam moysi et prophetarum Vt enim dicit Criso. vocat hic moysen et prophetas scripta mosaica et prophetica. Sed vt dicit Gre. q deo verba despexerat hoc audire non posse suos sequaces estimabat. Vnde sequē at ille dixit nō pater abraham sed si quis ex mortuis iret ad eos penitenciam agerent in quo implicat q extra penitenciā erant et per consequens in via vendi ad inferni tormenta quia si dicerēt plus credēt ex mortuo q̄ scripture moti exemplo sic mirabiliter eis apparente sed mox diuiti sententia vera respondetur si moysen qui fuit tāte auctoritatis et prophetas qui fuerunt tante sanctitatis nō audiunt auditu interiori neq; si quis ex mortuis resurrexerit credant ei hoc patiat per effectum quia lazaro resurgente et xp̄o testimonium prohibenti non crediderunt ꝫ magis eum occidere voluerunt similiter nec celsto resurgente crediderūt sed magis falso fuaserunt ipsum non resurrexisse et corpus eius a discipulis suis furatum fuisse. Vnde Gre. quia si verba legis despiciunt redemptoris precepta qui ex mortuis resurrexit quanto subtiliora sunt tanto hec difficilius implebunt Vbi et Criso. Considera q quisq; mortuus seruus est quecunq; vero dicunt scripture dicat dominus vnde et si resurgat mortuus et si celicus descenderit angelo omnibus magis sunt digne fide scripture. nam angelorum dominus viuorum et mortuorum in deo eas constituit hec Criso. hec ergo premissa considerantes tollere remus ea que temporaliter molestant et refrenemus nos ab hijs que temporaliter delectāt. Vt dicit Iero. Misereri delicijs et delicie miserijs conmutantur et in nostro arbitrio est vel diuitem sequi vel lazarum. vñ et Cri. Si quādo egrotamus si pauperes sumus si frigore confligamur si hospicium non habemus letemur gaudeamus lazaruz cogitemus acapiamus mala in vita nostra et diuitis nos tormenta deterreant et pauperes exempla prouocent. deprecemur dominum vt latronem et istum lazarum imitemur. si persecucio venerit imitemur latronem. si pax fuerit imitemur lazarum et egestas propter xp̄m bene tollerata facit martirium. Et iterum sed dices nō est aliquis qui et hic et illic vera perfruatur hoc quidem difficile est et de numero impossibilium. nam et si paupertas nō vigeret viget tamen ambicio. sed egritudo non stimulet ira inflammat. si temptaciones nō impetant emergunt sepe cogitaciones mique. non est aūt parum labor inimici amfrenare opescere illicita desideria ostentaciones sedare despectionē remittere vitaz asperā ducere talia

vero non agnitem impossibile est saluari hec Cri. Si ergo temporales miserie terrent aut delice delectant eterne tibi in mente veniant et oculis tuis occurrāt vt si facilius temporales miserias sufferre et eternas euadere ac temporales delicias fugere et eternas consequi merearis. Vnde Gre. Si bonum diligitur mens in bonis meliozibus id est in celestibus delectatur si malum metuitur mala anime eterna proponantur vt dum illic esse conspiat et amplius qđ diligat et amplius quod pertimescat hic ommno non hereat. Vnde et Aug9. In presenti vita et delice temporales dulces sunt et temporales tribulaciones amare fūt. Si quis non bibat tribulacionis poculum metuens ignem infernalem. Et quis non contemnat dulcedinem seculi inhyans bonis vite eterne. et iterum si forte temptant fluctus concupiscencie mitearis quid promisit deus et dulcedo promissorum facient te contemptorem secuti dulcedinum pro eo quod promisit deus contemnis temporalem felicitatem promisit requiem pater molestiam minatur ignem eternum contemne temporales dolores hec Aug9. Vnde eadē Cri. mala carnalia ideo a deo creata sunt non vt timeantur sed vt per eorū timorem mala spiritualia magis timeantur bona carnalia ideo creata fūt vt per huiusmodi bona carnalia intelligantur spiritualia et magis diligātur hec Cri. Vt aūt temporales felicitates et voluptates melius cōtemnas cogita karissime et vide quid beatitudinis siue in spe siue in re felicitates et voluptates p̄terite vite effecerint et sic iudica de futuris p hijs em̄ ommbus non mīs tormentū remanebit et luctus. Dñ in Apo. quantum glorificauit se et in delicijs fuit tantum date illi tormentum et luctum. requiem ergo lazari et penam diuitis considerantes pauperes non despiciamus nec immitia oculos aspiciamus sed vt patronos et aduocatos in die iudicij ipsos honorem⁹ et eorum indigencijs pro viribus succurramus Ymo dominatorem ommium nudum arcēuntes et ianuas ex ianuis transimutantem et semper ad exitus stantes et manus extendentē despici vel honorari in eis certissime sciam⁹ Ipse em̄ dicit quicquid vni ex minimis meis fecistis michi fecistis. Vnde Gre. fratres mei et requiem lazari et penam diuitis cognoscentes sollerter agite culpa rum vestraruz intercessores querite atq; aduocatos vobis in die iudicij pauperes procurate. cuz quoslibet in hoc mundo abiectos aspiatis eadem si qua reprehensibilia eorum esse videantur nolite despicere quia fortasse ēs morum infirmitas vulnerat mediana paupertatis curat quorum siqua sunt talia que debeant iure reprehendi panem pariter detis et verbum panē refectionis cum verbo refecti correptionis. et duo a vobis alimenta rapiat qui vnum querebat duz et exterius alo et interius foueatur eloquio. Pauper ergo cum reprehensibilis cernitur moueri debet non despici si vero reprehensionis michil habet venerari sumopere debet. et iterum necesse est vt cum nature nostre cōsortes exteriora non habere conspiamus q̄ multa nobis desint interiora bona pensemus quatenus se se super in opes cogitacio nostra non eleuet cum sollerter videt quia nos vbertus quanto interius indigentes sumus. Negantur electis in hac vita bona terrena quia et egris quibus spes viuēdi est nequaq̄ a medico que cumq; appetunt conceduntur. Dantur aūt reprobis bona que appetunt quia et disperatis egris omne quod desiderant nō negatur. Dñ Ambro. Tentamus successus temporalium eterne reprobacionis est iudicium Vnde eadem Aug9. Tu consolacio sempiterna que sortis illis te tribuis qui consolacionem huius mundi p consolacione tua contemnunt nam qui hic consolātur indigni tua consolacione habentur. Sed qui hic cruciantur a te consolantur et qui participant passionibus participāt consolacionibus. Nemo em̄ potest in vtroq; seculo consolari nec potest quis hic et in futuro gaudere sed vnam necesse est perdere qui alteraz vult possidere hec Aug9. Hec igitur premissa bene considerata et diuitibus et pauperibus valde sunt necessaria quia et illis dant timorem et istis consolacionem audiant hic diuites penas suas et pauperes gaudia sua et illi terreantur et isti mulceantur sed heu parum hec attendimus et memoriam eorum cum somtu transire permittimus.

Sequitur Oracio

Omine Ihesu criste cum sim ommino paup virtutibus plenus peccatorum vlceribz mē dictis ante ianuam misericordie tue positus cupiens saturari de micis exemplorum que cadunt de mensa diuitum filiorum suorum qui induūtur purpura passionuz et epulantur quotidie splendide ferculis virtutuz veniant canes doctores tui et lingant vlcera peccatorum meorum et moriens mundo deporter ab angelis in sinum contemplacionis celestium audiam moysen et prophetas dicmando a malo et faciendo bonum vt ex mortuis operibus resurgens speram vitam habere eternam. Amen.

De resuscitacione lazari Capitulum. xvij.

Dum autē esset Ihesus cuz discipulis trās iordanem in loco vbi Johannes populū baptizauerat contigit lazarum marie et marthe fratrem infirmari in bethania q̄ mōdē per dietā vel arca distabat. sorores ergo eius curacionem fratris sui desiderantes miserunt unum ad Ihesum vt ipsas a dolore et illum a languore liberaret dicentes domine ecce quem amas infirmatur michil amplius mandant el sufficiat eum amanti insinuari necessitatem amica absq; alicuius petitionis additamento speciali. Qui enim proximum in necessitate deserit nec el succurrit amicus eius non est nec eum diligat. Vnde Aug9. Non dixerunt veni et sana non ause sunt dicere ibi tube et hic fiet sed tantū ecce quem amas infirmatur quasi dicerent sufficat vt noueris non enim amas et deseris. Vnde et Crisō. per hoc enim ad miserendum volunt attrahere p̄ncm. Ideo

aute non uenerunt ad xpm sed mittunt quia confidebat
vehementer de xpo et quia a luctu detinebantur. Et
sm Theo. quia mulieres erant quas non decet de fu
li domum exire. Magnam aut spem de xpo habebant
Dilexit enim Jhesus martham actuosam et mariam
contemplatuam que tristes erant et lazarum qui in
figura pemtencium languebat quicq; ei officium hu
manitatis sepe exhibuerat h addit euangelista ad ostē
dendum quare non oportuit q martha et maria irent
personaliter ad xpm qua xps erat familiaris lazaro et
eius sororibus et ibi frequenter venit ad hospitandū
Unde Aug⁹. Ille languens iste tristes omnes dilecti
habebant ergo spem quomiaz diligebantur ab eo qui
erat dolentium consolator et languentium saluator. spi
ritualiter lazarus qui interpretatur a deo adiutus sig
nat pemtencie vitam. In die emz salutis hoc est in die
pemtencie quando verus sol illuxit auxiliatur deus et
adiuuat. Martha aut prouocans interpretatur que
signat vitam actuam in qua tam virtutis delectacio
ne q exempli bom ostensione semper homo ad melio
ra prouocatur. Maria vero interpretatur illuminatrix
et signat vitam contemplatuam qua homo illumina
tur. sm illud Apoc. Mulier amicta sole et luna sub pe
dibus eius luminare noctis huius vite quod splen
dore huius mundi significat sub pedibus proiat hec
tria sunt que dominus libenter visitat scilicz pemtē tes
actuos et contēplacones. Pemitentes in ḡaa opus
cōms actuos in p̄fectu virtutis et otēplatiuos in pu
ritate veritatis. Hic nota q illi q in xpo plus fūt dile
cti q̄nq; pl⁹ infirmant et ḡuora mala sustinēt q alij
Sic enī medicꝰ timēs de morbo periculoso vt de acuta
incidat terqanā vt acuta euitet sic xps inducit infirmi
tates corporales vt morbus anime periculosus euite
tur et deiungetur qua sumus proni ad peccandum et
ad malum faciendum. Unde Hugo. p̄sciens domi
nus multa quoq; posse peccare flagellat eos ne pec
cent quia vtilius est eis frāgi laboribus ad salutem q̄
remanere nocolumes ad damnacionem hec Hugo.
Sed attendant hij qui infirmantur vel tribulantur
vt se corrigant quia ille qui iacit sagittam vel lapidē
post signum quanto iacit frequencius tanto propin
quius ita q in fine quandoq; signum tangit sic post
nos qui in mundo sicut sagitte signū sumus mors vt
deus iacit frequenter per infirmitates et tribulaciones
sed quanto frequencius iacit post nos tanto directius
et periculosius nisi corrigamur. Cum ergo dominus p
nuncium sororum lazari accepisset eū infirmari dixit
infirmitas hec non est ad mortez id est ad detinendū
eum in morte. Sed pro gloria scz vt glorificetur fi
lius dei per eam in ostensione sue virtutis et per resu
scitacionem lazari declaretur in xpo veritas deitatis et
hic fuit finis infirmitatis et nūdū adhuc duobus die
bus transiordanem in eodem loco vbi erat expectando
mortem lazari qui eodem die mortuus fuit quo domi
nus vnctam recepit distulit sanare vt posset resusci

tare. Ad maiorem enim miraculi certitudinem et euide
ciam expectauit vt illius qua triduuz completur vt mi
rabilibus et glorioſius suscitaretur. Unde Criso. man
sit duobus diebus vt scz expiraret et sepeliret vt nulli
posset dicere quoniam nondum defunctum eum suscita
uit sed stupor fuit et non mors. Et postea inter alia
dixit discipulis suis lazarus amicus noster dormit &
vado vt a somno exsuscitem eum mortez eius vocat dor
micionem et somnum qua ato erat surrecturos. Un
sm Aug. Dormio q potrat suscitare dormiebat alijs
mortuus erat quia taz facile ymo facilius est xpo mor
tuum suscitare de sepulchro q alteri dormienē de lecto
Ubi sciendum q somnus acapitur multis modis quā
doq; p somno nature. Unde in Job. securi dormias.
quandoq; pro somno mortis. Unde Apls. Nolumus
vos ignorare de dormiētibus. quandoq; pro negligē
cia Unde in ps. Ecce nō dormitabit nec dormiet. quā
doq; p somno culpe. Un Apls. exurge q̄ dormis. q̄nq;
p q̄ere otēplacōms. Ut in Can. Ego dormio ⁊ cor me
um vigilat. q̄nq; p quiete future glorie. Un in ps.
In pace in idipsum dormiaz et requiescam. mors ve
ro dicitur somnus propter spem resurrectionis et ideo
mors cōsueuit appellari dormicio ab eo tempore quo
xps mortuus est et resurrexit. Discipuli aut intelligē
tes de somni dormicione et timentes reuerti in iudeam
vbi volebant eum lapidare dixerunt ei domine si dor
mit saluus erit. dormicio enim infirmi signum ē sa
lutis. Unde Criso. Discipuli aut impedire voluerunt
eius aduentum in iudeaz Unde dixerunt domine si dor
mit saluus erit. Solet enim esse somnus egrotantiū
salutis indicium quasi dicant si dormit non igitur
vtile est q tu vadas ad exaudandum. eū Stultum erat
ire per tot stadia vt lazarum a somno resuscitaret
Tunc ergo dixit eis Jhesus manifeste lazarus mortu
us est et gaudeo scz non de morte eius absolute sed p
ter vos id est p̄ter edificacionem et vtilitatem vestrā
quia non eram ibi vt credatis scz amplius et fortius
q̄ prius et ex mirabili sumentes experimentum diui
nitatis mee illius resurrectionis in fide magis robore
mini cuius mortem ego eadem absens vobis ānuncio
et reuelo vide mirabilem bonitatem et dilectionem et
solleritam arca discipulos qui indigebant adhuc ma
iori robore et virtute. Unde Aug⁹. Gaudeo inquit p
vobis nam cum illic non extiterim confert ad maiori
tatem fidei vestre quoniam si altitissem egrotantez au
dissem quod esset modicum signum ad mee virtutis in
dicium qua vero me absenti subuenit mors procul
in fide mea corpora mini cum videbitis me posse et de
functum putrescentez resuscitare. Et sm Criso. dicit h
vt iam inciperent āmirari quia dominus potrat dicere
mortuum quod non viderat nec audierat et cognoscē
tes eum mi latere magis in eum crederent perrexerunt
ergo dominus et discipuli eius et venerunt prope be
thaniam que erat iuxta Jherusalem quasi stadijs qūn
decim de quibus octo faciunt vnuz miliare nec statim

intrauit ostēdes se ad mirabilia facienda nō ingerere et vt probaretur deuoto feminarum sanctarum sibi occurrendum scz marthe et magdalene vbi dum adhuc essent extra castellum martha audiuit quia Jhesus venit. ipsa enim curam domus habuit et ideo primo nunciatur ei aduentus xpi scz per aliquez qui eñ preueniebat eum mittens sq sororem suam et iudeos qui de ihrusalem et alijs viamis locis ad consolandum eas venerāt quia nobiles domini erant solauit et xpo reuerenter et deuote occurrit. Vnde Theo. primo itaq non pandit sorori volens astantes hoc latere quibus notum fore aduentum xpi nolebat. Vnde Criso. Non aūt assūt sororem obuiam xpo vadens. vult enim singulariter xpo loqui et quod factum est ei anunciare. Cum vero eam in bonam spem duxit tunc abijt et vocauit mariam hec Criso. Martha ergo dixit ad Jhesum domine si fuisses hic localiter presens frater meus non fuisset mortuus cum mors locum habere non debeat vbi est vita et post dialogum de resurrectione cum domino habitum abijt et vocauit mariam sororem suam silencio dicens magister adest et vocat te. Vbi Aug⁹. Aduertendum q suppressam vocz silencio vocauit nō aūt occulte sororem vocat quia si scissent iudei xpm aduenire recessissent et nō fuissent testes mirabilis hec Aug⁹. Maria vero vt audiuit surgit a quiete contemplacionis ato per desiderium cordis et venit ex magna deuocione ad deum extra castellum in loco vbi ei martha occurrerat. Judei ergo Jsrahelite et alij q in domo erant cum vidissent mariam festinanter abire secuti sunt eam credentes quia irent ad monumentuz vt ibi plorraret et nescientes quia Jhesus illic eet. Diuina aūt prouidencia factum est vt eam sequerentur quia sm Aug⁹. hec occasio erat vt plures ibi essent quando lazarus suscitatus est vt tam grande miraculuz quadriduani mortui resurgentis testes plurimos haberet. Maria ergo cuz venisset vbi erat ihesus videns euz cecidit ex deuocione ad pedes eius apud qs misericordiam et veniam peccatorum se nouerat alias consecutam et dixit ei sicut et martha dixerat domine si fuisses hic non fuisset mortuus frater meus. Ex hoc aūt q maria sic festinauit ad deum patet sm Aug⁹. q non illaz preuenisset martha si ei notus fuisset aduentus Jhesu xpi p hoc ecam q martha et maria obmiserunt dominū non expectantes aduentum ipsius datur intelligi q cum volumus deo recōciliari debem⁹ ei occurrere per penitenciam antecq ad nos veniat per vindictam quia nos peccatores sumus et meruimus percussionē et penā. Cessat aūt vt dicat Ambro. diuina vindicta si confessio precurrat humana et cū volumus xpo frui cum venientem anticipemus nō expectantes q ipse nobis condescendat sed nos prouis ad deum festinemus. Jhesus aūt vt vidit mariam et iudeos qui cū illa venerant plorantes de morte amici fremuit spiritu et turbauit seipsum humanum demonstrans affectum in luctu amicorum fremebat extra sonum lugentis emittens turbabatur intus miseriam condicionis humane considerans turbauit se quē alij turbare non potuit Nos turbamur ex necessitate ipse aūt ex voluntate sic omnes huiusmodi defectus suscepit quia voluit/esurium quia voluit in illius potestate erat vel sic affici vel nō affici. Et nota q fremitus cō surgit ex indignacione ad obiectum Jste ergo fremitus xpi precedebat ex indignacione eius contra dyabolum/per cuius suggestionem mors intrauit in mundum quem erat ato debellaturus. Turbacio autez illa precessit ex cōpassione lazari et sororum eius quia vt verus homo ex quadam naturali affectione fleuit cū flentibus vt nos instrueret q aliorum miserijs compati debemus. Jsti tamē passiones et consimiles nō fuerunt in xpo viciose sed magis virtuose quia non erant preuenientes iudicium racionis sed magis sequētes et p ipsū exactate. Jste vero fremit⁹ et hec ebacio non docet quid nos in tali re agere debeamus quando vel pro nobisipsis vel pro alijs in peccatis turpiter de gentibus deum oramus. Est autem fremitus impetus ire/contra vicia prorumpens. turbacio vero quedā tristis cum gemitu cordis cōmocō et quia fides de christo xps ē in corde fremit xps et turbatur in homine quā do peccator computat que bona accepit que mala reddidit et de peccatis se mecepat et reprehendit et dixit eis Jhesus vbi posuistis euz interrogat nec ignorat. in quo mistice innuit se huiusmodi peccatorem nescire cuiusmodi per lazarum signficatur. Vnde Glosa q absens sciuit mortuuz sciuit vbi esset sepultus. Sed sic dicens signat se quasi nescire perditum hominem. vñ dicit nō noui vos et adaz vbi es dicunt ei dñe veni et vide venit dominus per compassionez et vidit oculis misericordie. quia vt ait Aug⁹. Videt dominus quando miseretur et affectum suum lacrimis demonstrans Jhesus lacrimatus est humanitus ex pietate mistice docens hominez propter peccatum fletibus indigere et signficans eas qui peccati morte sapiunt vt reuiuiscere queant plangendos esse. Vnde Alchuin⁹. q fons pietatis erat flebat pro parte humanitatis quem resuscitare poterat per potenciam diuinitatis. Et Beda. Quare aūt fleuit xps nisi quia flere hominibus docuit lacrimemur ergo et nos pro nobis et omnibus illis quos in fetore vicioū iacere sentimus si fetre nostris lacrimis et nos eos dominus resuscitare dignet. Vt aūt ait Aug⁹. legitur xps super lazarum fleuisse in orationibus pernoctasse ex itinere fatigatum fuisse num.q aliquid risisse aut prosperatū fuisse. Vnde et Crisosto. fleuit quidam illum frequenter inuenies num.q vero ridentem vel gaudentē sed nec leuiter saltem subridentez vl gaudentē. Et nota q dominus nō fleuit lazarum mortuum sed ad huius vite miserias et erumnas resuscitandum. Vnde nec pro nostra nec p aliorum morte tristari debemus quomodo enim ab eo premijs honorabimur ad quem inuenimus inuitanā sm Apl'm Coronam iustitie reddet dominus hijs qui

diligunt aduentum eius et quid tantopere vitam de-
sideremus in qua quanto magis fuerit tanto maiori
scrana peccatorū oneratus erit vel certe domin⁹ mor-
tem fleuit quaz homo peccando incurrit ac miserias et
erumnas humano generi pro culpa inflictas. si eñ
peccatum non precessisset sine dubio mors secuta nō
fuisset. Secuta est ergo mors eam corporis quam
precessit mors anime et Jhesus rursum fremens in se
metipso eam indignatus contra malignam tumorez
defectis suis imque murmurantium venit motus mi-
sericordie et impulsus compassione ad monumentum
qđ erat spelūca hūs lapide suppositū. et dicit monumen
tū quasi monēs mentē scz illius q̄ aspiat vt p amna
sepulte oret ac de morte propria precogitet et ad eam
dem se disponit. Rursus fremuit vt det intelligere eos
qui a peccatis debent resurgere in continuo luctu per
sistere sm illud Prophete. tota die cōtristatus ingre-
diebar. Sepe ergo se ploret peccator sepe fremet ex
stus et turbetur in homine si vult reuiuiscere. Et iussit
Jhesus tolli lapidem superpositum vt omnes vidērēt
mortuum fetidum et corruptum. Sed contendebat
martha dicens ad eum domine iam fetet quatriduan⁹
enim est timebat remoto lapide populus fetorem exala
ri q̄ fratrem resuscitare quasi diceret licet aliquando
resuscitati sint mortui recenter et post paululuz tamē
q̄ iaz quatriduanus ex fetore solutus resuscitetur nō
est sic auditum et hoc videtur processisse ex admiratio-
ne marthe et eius ignorantia qua eiusdem virtutis ē
resuscitare recenter mortuum et quatriduanū vide mi-
rabilem amorem istarum sororum erga dominū ihe
sum nolebant eam q̄ fetor nares eius tangeret ad
modicum. Demde sublato lapide Jhesus eleuatis ocu
lis in celum patri pro exaudiatione sua gratias egit
ad fidei edificationem vt circumstantes hoc audientes
et virtutem dei in eo videntes crederent eum dei filiuz
Vnde Hylarius non precessit nobis orauit ne fi-
lius ignoraretur. Cum enim sibi non proficeret de-
precationis sermo ad perfectum tamen nostre fidei lo
quebatur non inops ergo auxilij sed nos sumus inop-
pes docturme ideo eam orauit vt in necessitatibz ad
orationis suffragium esse recurrendum nos doceret.
Et notandum q̄ orare patrem et exaudire conuenit
christo ratione humanitatis in qua est minor patre nō
aūt ratione diuinitatis in qua est equalis patri. Ora
turos vero gratias pro exaudiatione egit qua iā se
exauditum cognouit. Vnde Orig. Erat enim oraturus
pro resurrectione lazari sed preueniens in illius oratiō
nem qui solus bonus pater est exaudiuit dicendo pro
implemento orationis subdit gratiarum actiones di-
cens pater gratias tibi ago quoniaz exaudisti me hoc
Orig. Per hoc q̄ Jhesus oculos leuat in celum osten-
dit nobis formam orandi que est per eleuationē mē
tis in deum. Vnde instruimur vt in oratione leuem⁹
sursum ad deum oculos mentis nostre erigendo et re-
mouendo a presentibus rebus memoria et cogitatiōne
et intentione. Oculos eam ad deum leuamus quādo
non confidentes de meritis nostris de sola dei miseri-
dia speramus. p hoc aūt q̄ in principio orationis gra
tias agit datur nobis exemplum cum orare volum⁹
anteq̄ futura petamus pro receptis beneficijs deo gra-
tias referamus. deus enim ex gratiarum actione de p̄-
teritis prouocatur ad prestanda beneficia sequentia fi
lius Deinde voce magna populus virtute q̄ damonis
intentione damauit lazare veni foras quantuz ad cor
pus de sepulchro et quantum ad animam de inferno
et sic lazarum vocas sue virtutis suscitauit. Vnde sm
Orig. est considerandum q̄ mora tollendi lapidem ad
iacentem ex fetore defuncti tanta est et ideo tamdiu
resuscitatio lazari dilata est q̄ diu xp̄m per verba de-
tinuit sed cum statim cum xp̄i mandatum obediēdo ex-
equitur frater resuscitatur vt per hoc discamus nichil
interponere inter tussa xp̄i et executionez ipsorum si cu
pimus q̄ statiz sequatur salutis effectus sm illud Pro
phete. In auditu oris obediuit michi. Et nota q̄ vox
xp̄i magna dicitur propter virtutis magnitudinez nā
tanta virtus eius fuit q̄ suscitauit lazarum a morte
quemadmoduz suscitatur dormiens a somno vel sopo
re vox eā ista magna representatiua est illius vocis
magne que erit in communi resurrectione per quam
omnes de monumentis resuscitabūtur tanta enī erat
virtus huius vocis xp̄i vt absq̄ temporis dilatiōne vi
tam conferret sicut erit in resurrectione omnium quā-
do in ictu oculi mortui audientes tubam resurgent.
Clamauit m̄q̄ lazare veni foras. quem sm Aug. ideo
ex proprio nomine vocat qua tāta erit virtus vocis
eius q̄ pariter omnes mortui cogerētur exire nisi per
expressionem nominis virtutem suam ad vnum deter
minasset et non solum suscitatus est lazarus sed p̄dijt
et exiuit licet ēet ligatus manus et pedes institis id est
fasciis quibus antiqui mortuos inuoluebant et facies
eius sudario ligata erat ne scz horrorez faceret in quo
virtus diuina et miraculi certitudo declaratur. Ideo eñ
ligatum et coopertum resurgere iussit vt miraculū ma
gis approbaretur. Vnde dominus precepit discipulis
vt eū qui foris ligatus apparebat soluerent et sinerēt
abire vt per opera vite ostenderetur vere suscitatus et
non fantastice. Vbi est notandum q̄ mors anime est
anime a deo derelicto damnosa quod fit per peccatuz
mortale quo deus repellitur ab anima. Vñ sm Aug.
mors anime fit cum deserit deus sicut corporis cum de
serit illud anima. quatuor aūt pro gressibz mors ani
me perficitur et sic quadriduanus mortuus dicitur mere
tur. prima est quasi titulatio delectationis in corde. se
cunda consensio. tertia factum. quarta consuetudo. sed
deus ab hac morte animam ad vitam resuscitat p gra
tiaz qua anima deo reconciliatur qua sicut corpus vi
uit ex communicatione anime sic anima dicitur viuere
ex vnione dei per gratiam hec viuificatio significatur
in suscitatione lazari de sepulchro. In resuscitatione
enim lazari plura facta sunt q̄ missi ce ad resuscitatiōnē

peccatoris occurrūt. Per eo ordine quottidie peccator resuscitatur quo lazarus resuscitatus dicit et talis sit quottidie processus in resuscitacione anime a morte peccati qualis fuit in resuscitacione lazari de fetore sepulchri. Primum ergo quod requiritur ad resuscitacionem peccatoris est noticia diuina actualis qua deus respiat peccatorem in aliquo tempore certo et hoc significatur per hoc q̄ sorores lazari miserunt nuncium ad Jhesum sibi de infirmitate eius notificando. Secundum est auxilium quod deus porrigit hominem vt liberum arbitrium moueatur in deum et anima per peccatum a deo auersa conuertat se ad ipsum. Non enim est volentis velle neq; currentis currere sed miserētis dei hec donare et ideo requiritur auxilium diuinum vt nos melius ad graciam disponamus et hec porrectio diuini auxilij significatur per hoc q̄ Jhesus ad lazarum ire est dignatus. Teraum est motus liberi arbitrij nostri. qui sm Aug⁹. licet deus creauerit te sine te non tamē iustificabit te sine te et ideo ex parte nostri requiritur motus liberi arbitrij. qui duplex est. vnus quo mouetur super peccatum vt sc̄z peccatum displiceat alio quo mouetur in deum per fidem et spem quibus deum sibi reconciliari desiderat et hij duo motus notantur p occursum duarum sororum sc̄z marthe et marie ita q̄ primus motus intelligatur per martham que prior occurrit. secundus per mariam que venit vocata per martham sic enim hic ex primo motu prouocatur secundus. Quartum est cognicio peccati in quam deus reducat hominem vt homo se cognoscere studeat quē deus querendo quasi nescire se signat. q hoc significatur p hoc q̄ interrogauit vbi eū posuerunt. Quintū est gracia contricionis que sequitur mocionem liberi arbitrij et cognicionem peccati et hoc significatur per lacrimacionem xp̄i que quidem lacrime processerunt ex fonte diuine misericordie et hijs lacrimis quottidie peccator profunditur cui sibi hec gracia infundit. Christus enim non est lacrimatus pro morte lazari corporali sed p morte peccatoris spirituali que in lazaro rep̄sentabatur. Caueat ergo peccator ne lacrimas cristi contemnendo graciarum xp̄i euacuet sed potius cum xp̄o flente peccata sua defleat et sic effectum lacrimor cristi suscipiat. Sextum est propositum cauendi peccata in futurum et hoc notatur in eo q̄ precepit āmoueri lapidem. tunc ergo lapis de sepulchro tollitur cū duricies propositi peccandi et moles male consuetudinis de corde āmouetur. Et cum lapis deponitur tunc foditas cadaueris detegitur. Vnde dixit martha domine iam fetet. sic duricie cordis āmota videtur vilitas peccati ex quo sequitur peccati abhominacio et concipitur p̄positus vlterius nō peccandi. Septimū est gracie infusio qua iustificatur impius et hoc notatur cum clamauit voce magna dicens lazare veni foras clamor magnus signat magnitudinem diuine virtutis que exigitur in iustificacione impij. Quia sm Aug⁹. Maior est iustificacio impij q̄ creacio celi et terre vocem etiam magna clamauit quia difficile surgit quem moles male consuetudinis premit. Sed tamen post magnam vocem surgit id est per magnam dei graciā viuificatur et iustificatur dum penitet. Datur etiam p hoc intelligi q̄ xp̄s vocat peccatorem foras exire de cōuersacione peccati et de occultacōne eius per confessionem facendam sacerdoti. Octauum ergo est peccatoris confessio quam deus administrat voce magna damādo id est magna gracia vocando et hoc notatur in eo q̄ lazarus prodijt de sepulchro. prodire enim ē de occulto per confessionem venire sed adhuc peccator non est totaliter solutus āteq̄ superuenat absolucio sacerdotis quod significatur per hoc q̄ prodijt ligatis manibus et pedibus. Nonum ergo est sacramentalis absolucio que significatur per hoc q̄ xp̄s dixit discipulis soluite eum. potuisset quidem immediate simplici verbo ipsum met soluere sicut ipsum fecit de monumento prodire sed voluit suos discipulos in hoc facto cooperatores habere quia vult hoc ministerium sacerdotibus cōmunicare. suscitauit Jhesus q̄ p seipsū viuificat interius soluūt discipuli q̄ ministerio sacerdotū soluunt viuificati. xp̄s enim per se intus viuificat ministris potestatē soluendi tribuit. Decimus ergo precedens adhuc ligatus ē ostens adhuc reū. Vt aūt absoluantur peccata eius ministris mandatur vt illum soluant. Sicut ergo dominus lazarum suscitauit prius q̄ discipulis soluerentur sic in contricione peccatum dimittit et peccatorem viuificat prius q̄ a sacerdote absoluatur cui tamen postea se ostendere tenetur. Decimum et vltimum est satisfactio que significatur in hoc quod ihus subdit et simite eum abire. non dixit facite eum ad sepulchrum ire redire. sic sacerdos debet primaliter p satisfactionem mundare hominem q̄ de sepulchro et profundo peccatorum et male consuetudinis longe abeat et nullatenus redeuet et amplius non peccet. Dixit enim simite abire non stare vel iacere. Talis enim absolutus a peccatis non debet iacere vel stare sine exercicio spirituali quia in via dei stare retrocedere est sed debet ambulare de virtute in virtutem. Item misticē p lazarum languentem significari etiam potest grauem temptacionem patiens et per eius sorores persone p eius allegacione deuote xp̄m precantes que non semper exaudiuntur sed talis patiens aliquando per actū peccati mortalis mori permittitur ab eo qui est fonte bonitatis et potencie q̄ scit et potest bona de malis elicere. In hoc aūt q̄ dominus vadit ad eum suscitandū ostenditur eius clemencia inquantū homines in peccatis existentibus et quasi mortuos ac per se ad deum accedere non valentes misericorditer preuemendo adtrahit et peccatorem non solum mortuum per culpam sed etiam aliquando fetentem per infamiam et sepultū sub lapide per obstinacionem sic reducat ad vitā gracie q̄ non solū tollitur obstinacio et mors culpe ꝫ etiā fetor infamie et reduatur suauis odor bone fame. Sed ista eīm desperacioni datur occasio cum lazarus iaz fetēs

et quatriduanus resurrexit a mortuis et monumento
Locus autem infirmi erat bethania que interpretatur
domus obedientie per quod datur intelligi q si infir-
mus sit deo obediens potest ab eo de facili curari. et sm
Anselmum in bethania quod domus obedientie in-
terpretatur lazarum suscitauit ostendens omnes qui
bone voluntatis studio huic mundo mortuos in sinu
obedientie requiescunt in vitam eternam a deo resu-
scitandos. Ista aut bethania erat marthe et marie per
quas duplex vita scz activa et contemplativa signifi
catur vt sic per hoc intelligi detur q per obedientiam
homo perfectus in vita activa et contemplativa red
ditur. Dicitur aut de lazaro q postea numq risit nu-
quā in gestu signa iocosa ostendit p eo q vitā huius
erumnis quas mortis euaserat redditus fuit. Magis
enim q ante factus amator vite illius penitebat eum
vite istius. Unde Aug⁹. O si possemus exutare homi
nes et cū ipsis pariter exutari vt tales essemus ama
tores vite permanentis quales sunt homines amato-
res vite fugientis. Creditur aut hoc factum ea die q
in ecclesia solet legi scz feria sexta ante dominicā de pas
sione dñi monumentū vero lazari demōstrat ecclesia
ibidem in honore beate marie magdalene structa et
grande monasterium magna oliuarum silua arcūda-
tum vbi erat abbatia sancti lazari cum abbatissa et
monialibus sancti ordinis benedicti. Multi ergo tu
deorum qui viderant mirabilia que fecit Jhesus credi
derunt in eum nec mirum quia illud signum fuit di-
uine virtutis manifeste ostensiuum et tale miraculuz
non est a seculo auditū scz q mortuos quatriduanus
in monumento resuscitaretur ad vitā. Dñ sm Aug⁹.
excedit omne miraculum quod Jhesus circa lazarum
fecit quem ab ipso infirmi inquilino destructa lege tar
tarea redire ad superos iussit. Quidaz aut ex ipsis tu
deis abierunt eadem die ad phariseos et nunciauerūt
eis q fecit Jhesus et celebris erat sermo de eo apud
multos alij bono alij malo zelomoti nunciauerunt q
sicut ex signis visis homi conuertuntur et perfiaūt ita
frequenter mali obdurantur et deficiunt. Homi quidem
nunciauerunt eis vt mitigarent eos circa Jhesum et
precando vt crederent. mali vero vt conatarent eos
contra Jhesum et precando vt seruirent per bonos illi
significantur qui bona in alijs sicut in se amant et om
nia in bonum interpretantur. per malos aut illi qui
videntes seruoruz dei opera odijs insecuntur et infama
re eosdē conant.

Sequitur Oratio

O Jhesu benignissime qui quatriduanum laza
rum iam ferentem a sepulchro resuscitasti et
a vinculis soluere ac libere abire fecisti mo-
ueantur obsecro viscera misericordie tue su
per me miserum peccati delectationem consensu et per
petrationem mortuum mole male cōsuetudinis pfūd
et sepultum iamq quatriduanum et fetidum me a se
pulchro vicioruz resuscita vt p confessionem foras
vemam resuscitatum a vinculis peccatoruz et mortis
solue solutum ab omni seruitute peccati liberuz in liber
tatem glorie filioruz dei ire concede. Amen

De conspiratione pontificum et phariseoruz contra
Jhesum Capitulum. xviij.

Redicto itaq miraculo de suscitatione la
zari publicato pontifices qui erant maio-
ris auctoritatis et magis litterati et pha
risei qui videbantur pre alijs religiosi ex
quibus factum eoruz gratius erat moti
sunt ad tractandum publice de morte xpi ex ira et mu
dia quā de fama et gloria eius habebant et ad h facē
dum collegerant concilium sabbato mox sequenti ad
uersus Jhesum timentes et dimittent eum sic viuentē
et signa talia facientem per ipsum amittere et locum et
gentem eo q omnis turba post eum iret eiq crederet
et ipse sacra eoruz vana et abolenda esse doceret. cō
cilium a conciliando est dictum quia conciliati et con-
gregati erant in vnum malum consensuz. et hoc erat p
mum concilium quod habuerunt contra Jhesū xpm
Porro quidem querebant eum interficere nunc autez
sententiā firmauerūt et q̄rentes ocasiū apte de morte eiꝰ
tractauerunt. Videbunt enim xpm a populo tamq
regem honorari et quia mandatum romanoruz erat
vt nullus nisi p eos crearet rex nominari. omnis enī
qui se regem facit contradicit cesari ideo timebant q si
xpm tamq regem haberent romani ipsos rebelles re-
putarēt et venerit cōtra eos auctate et locū destrue
rūt Vel timebant ecā ne si xpi doctrina precederet tē-
plum et vniuersa religio ac reuerencia eius vilipende
retur et inde nullius momenti fierent et ideo romani
auctatem eis aufferent eosq in seruitutem dispergerēt
Vel certe timebant ne si omnes in xpm crederent ne
mo remaneret qui aduersus romanos auctatem tem
plumq defenderet quā contra ipsum templum et con-
tra suas paternas leges doctrinam xpi esse senciebant
pontifices et pharisei sibi consulebant nec tamen cre-
dere volebant plus enim perditi homines cogitabant
quomodo alteri scz xpo nocerent vt perderent q quo
modo sibi consuleret ne perirent timebant et quasi cō-
sulebant sed trepidauerunt timore vbi nō erat timor
Si enim xpo credidissent si eum nō occidissent nec
gentem suam amisissent sed quia xpm occidere non ti-
muerunt et locum et gentem perdiderunt naz et roma
ni post domini passionem et glorificationem tulerunt
eis locum et gentem expugnando occidendo et trans fe
rendo temporalia perdere timuerunt et eterna non co-
gitauerunt et sic vtrumq amiserunt que vt fugiturī
egerunt hic que quia egerunt non effugerūt. quid vo
bis profuit o misami iudei q tantum scelus commisistis
nunquid q xpo dño vt docuit seruire noluistis ideo
domino caruistis. dum enim illi seruiunt reges quibus
vos seruitis sicti estis mali serui bonoruz seruoruz
cristi per ipsos conterit contumaciam vestraz per ipsos
dissipat cōsilia vestra p ipsos retribuit scelera vestra
in capita vestra. Ipse aut dñsque vos interemisti s

non vos seruos sed liberos esse cupiebant quando dicebat si vos filius liberauit vere liberi eritis · Vos autē deum dominum regem et ipsam veram libertatem non solum repudiastis verum eciam negare cupientes damnatis non habemus regē nisi cesarez · Considera nūc quot sunt hodie hommes eciam religiosum habitū gestantes qui iudeos imitando temporalia perdere metuunt et eterna non attendunt sicq vtraq; non m merito amittunt · Sunt enim plerisq; eciam religiosi qui temporalia quandoq; mmus iuste et oblique acquirentes vel sic acquisita possidentes ea dimittere trepidant et pro hijs eterna amittere non formidant et q nunc cum iudeis tenebras diligunt interiores sez cū pe ideo tunc cum eis in tenebras mittentur exteriores sez gehēne · Religiosus ergo cupidus vel vanus est lamentabilis quia miserabilior est quodāmodo omnib creaturis sez carens deo et mundo · Tunc caypbas q pontifex fuit quid eis faciendum erat decreuit et ꝑpter auctoritatem officij locutus est dicēs expedit vt vn? homo eciam si bonus et iustus esset moriatur pro populo et populi obseruacione et nō tota gēs pereat ꝑ ea si illi in vita maneat quia bonum commune magis ē eligendum q̄ particulare · hic patet manifeste q̄ passio iudeie et luoris contra xp̄m et passio timoris perdende gentem et locum subuertebant in eis racionis iudicium quia in nullo causa fuit interficere innocentem et iustum · per hoc enim non procuratur ꝧ magis distruitur commune bonum propter quod iudicō dei illud malum quod credebant per mortem xp̄i euadere destructionem gentis et loci hoc ꝑ mortez xp̄i incurrerunt quia in penam huius peccati romani locū et gentem destruxerunt quod per tytum et vespasianū. Anno · xlij · post xp̄i est factum prophetauit aūt caypbas vtilem humano generi mortem xp̄i licet nesciens · Quamuis enim esset mentis caypbe dare solūmodo consilium de morte xp̄i per temporalis periculi euasione circa populum iudeorum tamen verbum suum sic sonabat q̄ xp̄s erat moriturus pro gente ⁊ populo et quod sic protulit fuit prophetia quodāmodo de futuro q̄ xp̄s erat moriturus pro salute spirituali non solum iudeorum sed eciam omnium gentium qui crediturі erant in ipsum et per fidem congregandi · Unde Theophilus · Hoc autem ipse quidem parua dixit intencione sed tamē spiritus sancti gracia ore eius vsa est ad futuri prenūciū hec Theophilus · Nō tamē sequitur quod quicumq; prophetizat sit prophetа nā quandoq; alicui conceditur actus alicuius rei cum tñ condicio ei non conceditur · Unde Origē · Non quicūq; prophetizat prophetа est sicut non quicumq; vis ꝑ sequitur iustus est sicut qui fiat aliquid opus propter humanam gloriam hec origenes Expediens autem et necessarium est et fuit cristum ꝑ nobis pati et mori racione triplici · primo ad ostendendū circa nos iudicium diuine dignacōnis et pietatis · Secōo ad exoluendum preciū nostre redempcionis q̄ fuit p̄cios? immaculati ihesu xp̄i sanguis · Tercio ad prebendum exemplū nostre ymitacionis vt sequamur vestigia ei? insuper et alia racione triplici expediebat xp̄m mori primo quia homo moriuus ideo expediebat vt cristus mortem nostram destrueret et hominem viuificaret · Erat aūt homo moriuus quadruplici morte sez naturali culpe gehenne et ex priuacione visionis diuine p̄mam destruxit per suam gloriosam resurrectionez secundā per sui sanguinis effusionem · terciam per infirmi exportacionem · quartam per sue visionis restitucionem · Secundo quia homo erat ꝑditus ideo expediebat vt xp̄s ad nos veniret ac mortem subiret et sic hominē perditum inueniret · Tercio quia homo erat a deo diuisus et dispersus ideo expediebat vt xp̄s homines in vnum congregaret et ad deum reuocaret · Caypbas ergo prophetauit quidem id est verba prophetie ꝑtulit · nec tamen erat prophetа quia inspiracionem prophēticam non accepit et donum prophetie non habuit sicut et balaam · Ubi ſm Aug̃ · docemur eciā homines malos prophetie spiritu futura predicere quod tamē sanctus euangelista diuino tribuit sacramento id est virtuti ipsius sacramenti sez sūmi sacerdocij quia caypbas non a semetipso hoc dixit sed cum esset pontifex id est sūmus sacerdos anni illius et ministerium habēs in manibus non meritis suis prophetauit et spiritu dei locutus est quia ipso ignorante dictum prophetie cum protulit non racione meriti sui sed dignitatis officij et forte vnctio pontificalis contulit ei quendaz sensum prophetizandi · Unde Criso. vide aūt quanta spiritus sancti virtus est · a mente eniz mala valuit verba proferre prophetie · vide eciaz quanta est pontificalis virtus potestatis · Pontifex enim effectus et si indignus existens prophetauit nesciens quid diceret Ore enim solum vsa est gracia contaminatum cor nō contingit hec Criso · Ob q̄ auctoritatem solam credimus malum prelatum exaudiri et forte quia preco ecclesie est et in eius voce dixit oremus cum multe auctoritates faciant in contrarium vt illa que suis premittur aliena non diluit et hmusmodi · dicitur aūt caypbas fuisse pontifex anni illius quia licet deus constituerit sūmum sacerdotem vnum cui moriuo vnus succederet per ambicionem tamen postea euenit vt plures essent et per annos singulos suis viribus ministrarent · Ab illo ergo die quasi vtili accepto consilio cogitauerunt magis diffinire q̄ prius vt cristum q̄ eius possent interficerent edicentes vt inuentus duceretur in Jherusalem licet enim ante habuissent instinctū et voluntatē interficiendi ipsum tamen ex consilio caypbe diffinierunt firmo proposito hoc q̄ eius possent adimplere · O prauum consilium O pessimi duces populi O scribarij nequissimi Quid agitis miseri Quid vos furor exagitat tātus Que ordinacio est hec qō propositum que causa occasionis domini nostri Jhesu xp̄i Nonne ipse in medio vestrum est quem tamen nesciatis et intelligit omnia verba vestra et scrutatur

renes et corda · sed sic fieri oportet vt deliberastis quia tradidit eum pater suus m manibus vestris · Quia ergo Jhesus iam estimatus erat morti ideo ab ipso sabbato quo consilium collegerunt inchoamus memoriam dominice passionis m diuino officio maxime in ymnis et subticem? gloria patri in introitu misse et responsorijs et quasi post horā eiusdez consilij publicum lucrum iapiens ecclesia et suo compaciens domino sicut membra capiti ex tunc quasi lugendo recitat vexillum regis misterium cruces clauos et lanceaz perforati corporis et hijs similia vsqz ad diem passionis nō duz traditus erat dominus in iamstarum manus · Vnde dominicam ebdomadam illam de passione domini appellamus · diuulgatum aūt fuit istud consilium de occasione xp̄i habitum · Sed sapiens dominus volens dare locum ire et eaam qua non dum erant omnia completa nec dum venerat hora eius qua tradendus erat et crucifigendus post consilium cauens se obseruans palam aput eos ambulare desijt neque ad aliquaz ciuitatem populatā abijt sed in regione iuxta desertuz vbi pauca de uicis erant non frequenta insidiauit in ciuitatem effrem que erat parua et paruz populata ac magis secreta et ibi morabatur cum discipulis suis vsqz ad tempus sue passionis propinquum sed stetit ibi paucis diebus cum ipsis discipulis suis se occultans ad tempus · Vbi Criso · Ipsi aūt quando omnes letabantur et festum celebrant tunc occultantur et in periculis sunt sed tamen permanebant cum eo sm illud vos estis qui permansistis mecum in temptacionibus meis et sic fugit dominus ante faciem nequissimorum seruorum et hoc non erat propter potenciā defectum sed vt alijs daret viuendi exemplum · Vnde Aug? · Non quia potencia eius defecerat in qua si vellet palam cum uicis conuersaretur et michil ei faceret sed exemplum discipulis demonstrabat in quo apparet non esse peccatuz si fideles eius oculis persequē cum se subtraherent et furorem sceleratorū latendo potius euitarēt quā se ostendēdo magis accenderent · sm Orig̃ · honestum et laudabile est imminente iam periculo et agone confitenti Jhesum non euitare confessionem nec recusare subire mortem graciā veritatis & nullus debet tradere occasionem tante temptacioni et hoc propter duas raciones · primo quia valde p̄sumptuosum est periculis se ingerere propter inexperientiam proprie virtutis que et quādoqz fragilis inuenitur et propter futuri euentus incertitudinem · secundo ne nos ingerentes persecutoribus occasionem prestemus eis vt magis impij et noxij fiant et nos de eorum delicto debemus responsum et luamus penas · Proximū aūt erat pascha iudeorū hoc subditur ad ostendēdum q̄ p̄ps paruo tēpore in ciuitate se occultauit quia ante pascha in iherusalem venit et ascenderunt multi iherusolimam de regione ante pascha vt sanctificarent et mundarent seipsos oracionibus et sacrificijs ante festū ad digne comedendum agnum paschalem quem nisi

lus comedere debebat nisi mundus · preceperat enim dominus per moysen vt undiqz de tota iudea conuenirent ante pascha in Jherusalem et ibi sm legem ante esum agni paschalis se mundarent vt sic purificati solennitati et esui agni mūdi interessent · Vñ Theophilus · Ascenderunt autem ante pascha vt purgarentur quoniam quicumq; peccauerant pascha non celebrabant nisi prius expiarentur balneacionib? et ieiunijs ac rasura quin eaam quasdam deputatas oblacones offerendo hec Theophilus · Vbi informantur qui debent communicare qua confessione racione ieiunio ante debent purificari · Si enim hoc fiebat de agno legali multomagis se debet homo sanctificare bonis operibus ad digne recipiendum verum agnum immaculatum corpus xp̄i · Sed iudei oblite fuit sanctificacionis tractabant de nece veri agni et ipsum agnuz ad ymolandū querebāt in ipso loco oracōis festo sanguinē innocentē miscere cogitātes · Vñ Cri · hij venerant in exterioribus se mūdare et in interioribus homicidium et sanguinē comāre insidiabant̄ et tēpus festi tēpus faciebant occasionis hec Cri · Querebant ergo Jhesum et colloquebantur adinuicem in templo stātes quid putatis quia non venit ad diem festum · q? enim mirabantur q̄ in tanta congregacione ad docendum non venerat ideo querebant nō quidem bene et ad honorandum sed male ad occidendum · Sed ē notandum q̄ quando dies festus agitur sancte semp dominus est in die festo sm illud vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo in medio eorum suz Et ideo nos congregati in domo dei queramus Jhesuz mutuo nos consolando et exorando vt ad idem festuz nostrum veniat et nos sua presencia sanctificet quando vero non recte agitur festum tunc non venit Jhesus sm illud Ysaye festiuitates vestras non feram · Et subdit euangelista quasi respondens questioni eorum Dederant enim pontifices et pharisei mandatum vt si quis cognouerit vbi sit Jhesus indicet potestati publice vt apprehenderent eum sez ministri potestatis ad occidendum · propter hoc enim ab eis sicut ab ingratis et obstinatis recesserat vsqz ad tēpus qō sue passioni dispositū erat · Sed vt ait Aug? · nos qui scimus vbi p̄s est q? ad dexteram dei patris est inducamus eis vt sic vtinam apprehendant eum per fidem · Conspicit igitur predictos nepharios in cōsilio suo pessimo estuantes et dominū Jhesū ac discipulos tamq̄ paupes et inermes recedētes qd putas magdalenā dixisse ꝛ et q̄les animi mater domini Jhesu erat cū sic eū recedere videret et audieret causam quare q? sez eum occidere volebant potes hic meditari dominaz et sorores eius tunc cum magdalena remansisse et dominum Jhesuz eas omnes de ata sua reuersione tunc consolatuz fuisse · Considera eaam quomodo dominus suos aduersarios quos solo nutu perdere potuit tamq̄ inermes reddendo dedignabat nec se saltem verbis excusando defendebat ac eius māsuetudinē et humilitatē ymitādo

omnem depone amaritudinem et furorem quia sic et corporis et anime habebis requiem.

Sequitur Oratio

OMme Jhesu xpe magm consilij ãgele qui consilium malignantium contra se fieri permisisti nec illis resistere per potentiam magis cedere per paciencia voluisti ne derelinquas me in erranc iudicio aut noxio consilio mei arbitrij vl' hominem neq; m potestate aut temptacione demonum tuipse deme ter me intus et foris dispone et rege ac dirige in viaz salutis eterne. da michi domine vt quicq; contra me diabolice aut humane moliuntur aduersitates redigãtur ad nichilum vt illesus et ab omni periculo erept? letus tibi referã actiones gracias Amẽ.

De decẽ leprosis a domino curatis Capitulũ xix.

FActum est autem cum complerentur et appropinquarent dies assumpcionis domini Jhesu a mundo ad patrem p passionem et mortem non diuertit sed firma ut faciem suam id est voluntatem. Nam per faciem designatur animi voluntas in locum passionis et vt iret in ierusalem quia ibi oportebat verũ agnum offerri vbi figuralis agnus solebat ymolari assumpcionem Jhesu dicat Lucas. non solum sm temp? quo assumi debebat per passionem de hoc mundo ad patrẽ qua oportuit pati xpm et intrare ita in gloriã suam sed eciam sm preceptum de agno paschali qui decimo die mensis assumebatur de grege et domum ferebatur et seruabatur vsq; ad vesperam. xiiij. diei et tunc ymolabat in hũc modũ xps decima die in ramis palmarum venit ad locum passionis scz in iherusalez vbi tamq; verus agnus erat pro nobis ymolandus mansitq; ibi et arca vsq; duz passus est vt sic veritas figure responderet. Ex quo patet q tempus sue passionis preuidit quasi deus et q spontanee non coacte est passus. Vnde firmauit id est nõ leuiter voluit sed firmiter et constanter disposuit vt iret in iherusalez ad sustinendum mortem vt ostenderet se sponte passurũ et suo exemplo discipulos animaret ad passionem sic et tu omne opus bonum firmus et stabilis debes assumere nec pter temptaciones ab eo diuertere mistam te igitur tempore passionis quo trãsmigraturus erat de hoc mundo ad patrẽ prestat dorsum galilee et faciem in iherusalez conuertit ac firmata et imperterrita mẽte locũ quo pati decreuerat petit non huc et illuc ibat sed iter versus iherusalem tenebat. Vnde qui supertus pluries suscitauit et exhortatus ẽ discipulos et alios ad martirium et sui sequalem verbo hic hoc idem fiat facto eos tamq; magister et doctor precedens et ẽsi facto suo dicens si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Approximante ergo tempore passionis sue dominus Jhesus qui pluries fugerat incepit reuerti Sic enim in superioribus ad nostram instructionem visus est prudẽcia ostendens q pro loco et tempore furorez persequẽcium caute debemus declinare ita nunc vltur fortitudine quia debito tempore imminente sponte rediit vt se passioni offerret et in manibus persequencium traderet. sic alias fuit visus temperancia cum fugit honorez quando turbe voluerunt eum facere regez et econtrario fuit visus iusticia cum voluit tamq; rex honorari quãdo populus cum ramis arborum occurrit eidem. Sanctis tamen modeste eundem honorẽ voluit et ideo asellus ascendit. Istis igitur quatuor virtutibus visus est dominus virtutum propter nostram instructionem a quibus omnes alie virtutes morales descendũt et denominantur propter quod et cardinales ac principales esse dicuntur. Non ergo estimandus est fuisse inconstans vel vanus sicut nec aliquis alius qui sm diuersos casus in diuersis se exercet virtutibus. et factum ẽ dum pascha celebraturus iret in iherusalem transibat per mediam samariam et galileaz. Samaria erat terra gentium galilea iudeorum. et ideo xps vadens ad passionem transijt per gentes et iudeos dans intelligere q fructus sue passionis in omnes erat futurus atq; fides nominis eius post mortem et iudeos et gentiles vnum debebat afficere populus quia ergo erat discordia inter iudeos et samaritanos ipse inter vtrosq; et per medium vtriusq; terre transijt vt tamq; mediator eos pacificaret qui ad saluandos gẽtiles et iudeos venerat et in ingressu cuiusdam castelli in terminis samarie occurrerunt ei decem viri leprosi qui audierant famam de mirabilibus xpi in ingressu vrbis et tamẽ ante ingressum occurrerunt ei quia ritu legis mosayce quasi immundi erant ab vrbibus et castellis exclusi nec poterant cum alijs cõmorari. conuersabantur autem adinuicem q; comunitas passionis fecerat eos vnanimes et prestolabantur simul transitum Jhesu solliciti donec aduenientem eum viderent qui steterunt a longe tum propter xpi reuerenciam tum quia non debebãt appropinquare hominibus ne eos interficeret eo q; lex iudeorum lepram immundam et non tangendã inducat. Lex autẽ euangelica lepram non externam sed internam esse immundam affirmat. Et sm Theophilum. A longe stant quasi verecundantes de immunditia. putabant enim q xps eos quemadmodum alij fastidiret. Sic ergo astiterunt loco sed facti sunt pximi deprecando. prope enim est dominus omnibus inuocantibus eum in veritate Et leuauerunt vocem suã ex magnitudine affectionis et magno desiderio sanitatis et clamauerunt dicẽtes Jhesu preceptor miserere nostri quia solo precepto et verbo potes nos curare. Si Jhesus ergo vult si pceptor ergo potest si misericordiaz inuocãt ergo se miseros et indigẽtes ẽe ostẽdunt et sic petitio fuit digna et ex parte petentium q misereri et ex parte eius a quo petebatur quia Jhesus volens et preceptor potens. sm Tytum dicunt nomẽ Jhesu et lucrifaciunt rem. nam Jhesus interpretatur saluator. Vnde sequitur quos vt vidit benignitatis et compassionis et misericordie oculis dixit ite ostendite

vos sacerdotibus. Lex enim precepit vt emundati a lepra sacerdotibus se presentarent non vt sacerdotes eos mundarent sed vt eos mundos esse iudicarent et vt mundati pro sua emundacione sacrificium in lege determinatum offerrent et dum irent vt sacerdotibus se demonstrarent mundati sunt ex fide et obediencia ad cristum meritorie de congruo sed diuina virtute effectiue. Quatuor ex causis mundati sunt antequ ad sacerdotes peruenirent. Primo quia xps nouerat sacerdotū superbiam. contemplissent enim eos aspicere ne ergo scandalizarentur prefert eos sanare. Secundo bonum obediencie ipsorum hoc merut. Tercio hoc meruit eorum fides. Quarto voluit ostendere q̄ non virtute legis aut sacerdotum erant mundati sed dei imperio. vnus autē eorum q̄ samaritanus et gentilis erat vt se mundatum vidit suam sanacionem virtuti cristi deputans rediit cum magna voce deuz ex fidei et deuocionis magnitudinis deuocione magnificans et tamquam gratus beneficium recognoscens cecidit per humiliatem in faciem ante pedes Jhesu per deuocionem ei reuerenciam exhibens et adorauit eum gracias pro beneficio accepto sibi agens vbi expr̄imitur fides eius et deuocio et benuolencia et grādis affectio. Dedit autem ei fiduciam appropinquandi domino iam suscepta purgacio. Ceteri vero qui iudei erant permanserūt ingrati nec ad agendum gracias sunt reuersi quia decepti a sacerdotibus quibus se representauerūt et q̄q doctrine xp̄i et miraculis detrahebant sin eorum informacionem attribuerunt suam sanacionem obseruā de legis cum se sacerdotibus ostendebant et non virtute xp̄i licet a principio fideliter et deuote petiuissent ab eo sanari. Et dixit Jhesus nonne decem mundati sunt et nouez vbi sunt non interrogat dominus quasi nesciens sed ingratos querit quasi ignorās et de eorum ingratitudine dolens et eos requirendo ostendit sibi ignotos id est reprobatos. Sicut enim ingratus non recognoscit dei beneficiuz ita nec deus noticia approbacionis recognoscit ipsum recognoscentez vero se recognoscit et ipse. Vnde Beda. Et merito eos saluatoz quasi ignotus vbi sunt inquirit. Scire enim et eligere nescire reprobare est hec Beda. Magis autez dolendum ē de eo qui aliquam meruit ingratitudinē culpam quam de beneficio perdito et ideo quasi plangendo subiungitur non est inuentus q̄ rediret et daret gloriam deo nisi hic alienigena alterius gentis qui non erat de iudeis. Et hoc dictum est vel a cristo et tunc erant verba quasi lamētātis. vel dicitur est ab euangelista in confusione iudeorum qui non sunt reuersi ad xp̄m. Et nota q̄m hoc q̄ iste alienigena rediit et alij qui erant israhelite redditum neglexerunt prefigurata fuit vocacio et fides gentilium qui venturi erant deuoti ad fidem xp̄i ac repudiacio et perfidia iudeorum qui in suo errore erant permansuri. Dominus autē est in hijs et in omnib⁹ quos sanauit in corpore sanauit et in anima sed hij postq̄ fuerūt sanati in corpore et iustificati in anima et bñ facti postea corruerunt a gracia et facti sunt mali et ingrati. demde eorum ingratitudinem magis confutat dum alienigenā qui redierat laudando commendat. quia enim humiliter ante deum infirmitatem suam cognouit ideo dominus consolans eum dixit surge sez a peccato in quo iacuisti cessando et vade de virtute in virtutem in conuersione quam incepisti proficiendo quia fides tua q̄ intellectum deo subdidisti te saluum fecit et ad salutez nō solum corporis sed et anime reduxit quia ipsa est inicium iustificacionis et dat fiduciam regni celestis. Vbi Beda. Si autē fides saluū fecit cuiq̄ se ad agendas saluatori gracias indimauit ergo perfidia perdidit eos qui de acceptis beneficijs deo gloriam dare neglexerunt Mistice per lepraz que est corrupcio carnis significatur peccatuz mortale qd̄ est corrupcio anime. primo quia omnimoda in lepra vox efficitur rauca et inualida sic in peccatore vox est inualida quia deus peccatores non audit et cum multiplicant oracionem non exaudit. Secundo q̄m in leproso corpore multa vlcera minuta dura et rotunda crescunt sic in corde peccatoris multe compunccions et anxietates diuersoruz peccatorum et circumstanciarum consurgunt que minuunt per affectionem hominis ad deum et reddunt hominem durum et rebellem deo et eius mandatis et per hoc fiunt corda hominum peccatorum rotunda et ducctilia sez ad voluntatem diaboli. Tercio quia eorum anhelitus corrumpitur et eius feroze septus alij inficiūtur sic operacio et conuersacio peccatoris ita est corrupta q̄ conuersantes infirmētur ex viscio eorum cōtactu. Quarto quia lepra quanto studiosius reprimitur tanto plus turpius postea ebullit sic peccatū quanto plus occultatur tāto foziꝰ crescit et iō turpius apparebit. per denarium vero numerum vniuersitas significatur. numeri namq; sequentes vsq; ad centum fiūt ipsius et partium eius replicaciones et sic consequenter per decez leprosos occurrentes xp̄o significatur vniuersitas peccatorum penitencium et confitencium. Del. x. leprosi significāt eos q̄ peccāt contra. x. p̄cepta decalogi varietate peccatorū q̄si maculis lepre distincti et respersi valde deterior est lepra anime q̄ lepra corporis quia peior est corrupcio spiritus q̄ carnis. Debet autē peccator volens sanari et a peccatorum lepra curari eo modo se habere quo se habuerunt isti leprosi. Primo itaq; venire ad Jhesum per fidem. non enim abhorret prius dominus aspicere maculam lepre nostre qui p nobis in cruce velud leprosus reputatus est. Secūdo debet stare surgēdo a peccatis et cessando ab eis. Tercio debet stare a longe suam vilitatem humiliter considerando et valde erubescendo. Quarto debet leuare vocē sez de profundo cordis in contricionis verba prorumpendo et peccata sua non aliena confitendo. Quinto debet dicere Jhesu preceptor dei misericordiam implorando que maxime est peccatoribus necessaria et opportuna. In hoc autē q̄ dominus vt vidit leprosos dixit

eis ite ostendite vos sacerdotibus manifeste a domino Jhesu confessio precipitur per quam lepra interior sanari ostenditur. Ac si eis diceret ite a contricione ad confessionem et in confessione ostendite vos sacerdotibus quia licet peccata remittantur in contricione dicente propheta dixi id est firmiter statui confitebor et tu remisisti michi tamen tenetur homo ea confiteri. Vnde dum irent mundati sunt euntes in via qz deus virtute contricionis peccatorem mundat interius prius qz a sacerdote absoluatur exterius et nichilominus se sacerdotibus ostenderunt. sic et tu si habes maculam lepre ex aliquo crimine dum videris te domino oculis misericordie vadis ostendere te sacerdoti per confessionem vbi tibi obuiat ipsa salus et sanaberis a lepra transacte iniquitatis. Non tamen id arcto obmittas te offerre illis quorum iudicio mundus haberis alioqn ex contemptu et negligencia inmundus remanebis. vnus autē qui rediit vniuersalis ecclesie vnitatez seu illos qui in vnitate ecclesie sunt designat que pro beneficio gratie grates referre non cessat. Nouez vero qui remanserunt illos qui extra sunt exprimunt seu qui post acceptam remissionem criminum a perfectione decalogi per vnitatem subtractam defectando gratis pro gratia redere contempnunt. Decem igit mūdantur sed vnus gratias refert quia multi in confessione mundantur sed non omnes dominum laudant. Qui enim tamquā canes reuertuntur ad somitum hij sunt nouem qui post adeptam sanitatem non laudabant dominum. Et quia paua respectiue qz grati sunt de beneficijs largitatis diuine et remaneāt in reparata sanitate ideo vnus tantum refertur dans gloriaz deo. Deo enim gloriam dare est percepta peccati fui cinacionem in bonis operibus persequare. et hic est samaritanus qui interpretatur custos. Nam illi sunt grati dei qui se custodiunt a peccati reatuo et est alie ingena dicens cum apostolo non habemus hic manēte ciuitatem sed futuram inquirimus. hinc colligit quia hij qui deberent magis grati esse domino et familiares vt litterati prelati et diuites quibus sciencaz dedit vel opes magis fiūt ei ingrati seseqz elongant ab eo nec referunt ei gracias sicut simplices et pauperes quibus tot bona non contulit quasi diceret labia nostra et diuicie a nobis sunt quis noster dominus est. Ipse autē vnus gratias agendo in faciem cadit qz sola vnitas ecclesie cadit in faciem adorantis. Inde est qz quādoqz prostrati oramus. Vbi quatuor pretendimus infirmitatem corporis quia de puluere sumpti sumus infirmitatem animi quia casum ex nobis non erectionem a nobis sed a deo habemus erubescendam de malis quia pre multitudine peccatorum oculos ad celuz leuare non audemus prudenciam quia in faciem cadimus et videmus vbi cadimus id est qz in terrenis affigimur. quandoqz vero flexis genibus vt salomon sed erecto capite et eleuata facie oramus quasi dicentes pro desiderio patrie trahe me post te. Quandoqz autez stantes oramus nos spem habere in celestibus designantes et quasi dicentes nostra conuersacio in celis est et illuc in domum domini letantes ibimus. In primo ergo exprimimus condicionem nostram. in secūdo desiderium. in tercio spez. In memoriam quoqz resurrectionis domince tempore paschali et diebus dominicas exemplo sanctarum mulierum inclinatis in terram vultibus oramus nos terram et puluerem esse cum abraham recolentes. Vnus ergo reuersus in faciem ad pedes Jhesu cecidit ac nobis humilitatis et penitēcie exemplum ostendit. Vnde sm Bedam. in faciem cadit qui de perpetratis malis erubescit. Ibi enim homo cadit vbi confunditur qui in faciem cadit videt quo cadat qui retro lapsum suum non videt. Homi ergo in faciem cadunt quia humiliant se in hijs visibilibus vt ad inuisibilia erigantur mali retro cadunt quia cadūt in inuisibilibus vbi modo non vident quid eos tunc sequatur. ad pedes eciam Jhesu cadit et gracias agit qui se ad percipienda dei beneficia humiliat quia michil sibi virtutis attribuit qui bona que habet de misericordia dei se habere intelligit. Et sm eundem qui deuotus ante dominum cecidit surgere et ire precipitur quia infirmitatem suam agnoscens humiliter iacet per diuini verbi consolacionez surgere ad forcia opera et crescentibus quotidie meritis ad perfectiora passim proficere iubetur. Nunc autē fides saluum fecit quem ad gracias agēdas inclinat et econtra perfidia illos damnat qui de acceptis beneficijs ingrati sunt et deo dare gloriam negligunt. In hoc ergo capitulo ingrati de beneficijs reprehenduntur a domino multum est commendabilis virtus gratitudo et valde acceptabilis deo graciaruz actio ac detestabile vicium ingratitudo. vñ Aug⁹. Quid melius animo geramus aut ore promamus aut calamo exprimamus qz vt deo gracias agamus hoc nec dicendo brecius nec agendo fructuosius potest et iteruz scio quid ingratitudo displiceat tibi que radix omnis mali spiritualis et ventus vrens et exsiccās omne bonum obstruens fontem diuine misericordie super homines qua et mala mortua viz reuiuiscunt ne vltra bona adipiscāntur. Vnde et Beñ. discere in referendo gratiam nō esse tardus aut segnis discere ad singula dona gracias agere. diligenter inquit considera que tibi apponuntur vt nulla videlicet dona dei debita gratiaruz actione frustrentur non grandia non mediocria non pusilla. demiqz iubemur colligere fragmenta ne pereāt id est nec minima beneficia obliuisci. nunquid non perit quod donatur ingrato ingratitudo dominica est amice exinanicio meritorum virtutum dissipacio bonorum dispersio beneficiorum perdicio. Ingratitudo est, ventus vrens et siccans sibi fontem pietatis rorem misericordie fluenta gracie. Qualis vero debeat esse gratiaruz actio docet idem Beñ. dicens non tantum verbo et lingua sed opere et virtute exhibeamus nosmetipsos deos. non enim gratiarum dictiones sed gratiarū actionem exigit a nobis dominus deus noster. Vnde eciaz

Criso. Agamus igitur et ingras gracias et non modo verbis hoc nostris verum eaꝫ operibus nostris ymo ipsis principaliter impleamus. agamus vero gracias non de propriis tantum verum eciam de alienis bonis. Ita enim et mundiam poterimus extinguere et alere caritatem. Neq; enim iam illis poteris mundere de quorum bonis gracias deo referendo letteris. Quid igitur magnum reposcit qui liberalitate in nos sua solũmodo gratos sibi esse nos precipit. Ingratitudinis autẽ vicium ex arrogancia potissimum gigni solet cũ si aliquis dignum esse beneficijs existimat humiliatus vero atq; contritus non pro bonis solum sed eciam pro bijs que contraria estimantur esse gracianꝫ actõnes mittet deo et quodcumq; pacietur mchil se dignũ estimabit passum esse hec Cri. Et hec est magna causa quare deum non diligimus quia eius beneficia nõ recognoscimus. Unde Jero. vis scire quare deus nõ diligis qua eius beneficia non recognoscis. quanto magis in bonitate eius ascendis tanto plus in amore eius mirabesceris hec Jero.

Sequitur Oracio

Omnie Jhesu xp̃e de tua pietate cõfisus ad te ptum medicum ego quasi leprosus varietate peccatorum respersus confugio ad te fontem misericordiarum ego immundus maculis vicioꝝ̃ curro et supplex te exoro quatenus digneris me eam sanare infirmitatem lauare foditatem et me dirigere ad salutem. da michi et semper beneficia tua in corde meo habeam et de omnibus gracias tibi agam. Sed quia homo mortalis amis et pulus nec vnum p mille gracias referre sufficat referat tibi grates p me virgo maria et omnes ciues supcelestes atq; omnis creatura que diume laudis sit materia. Amen.

De samaritana hospicium domino negantibus Capitulum. xx.

Et aũt aduẽtus domini Jhu nõ lateret misit nuncios suos sez Jacobum et Johannẽ ante faciem suam in ciuitatez samaritanorum vt ibidem hospicium et cetera necessaria que non magni constabant sibi preparatent hec ciuitas samarie nunc sebasten dicta iam peccatis exigentibus nec vnicam habet domum nisi tantum duas ecclesias vnam in monte vbi quondaz fuit regis palacium. secundam in honore sancte Johannis baptiste in qua sepultus fuit inter abdiam et helizeum. Samaritani vero q̃ emulabantur templo Jherosolimitano et mundebant euntibus in Jherusalem adorare quia videbant xp̃m cum discipulis habere faciem seu vultum id est pretendere similitudinez et signum euntis in Jherusalem ad festum paschale causa oracionis faciendi ideo eos ex emulacione propter locum adoracionis noluerũt hospicio recipere quia dicebant locum adoracionis esse apud eos in monte garizim et non in Jherusalem. Unde supra mulier samaritana quasi emulando dixit domino patres nostri in monte hoc adorauerunt et vos dicitis quia Jherosolimis locus est in quo oportet adorare. Jhc quia ex vestimentis xp̃i et discipulorum eius cognouerunt samaritani q; essent iudei. Judei aũt erãt samaritanis odio si eo q; contemnebant eos nolentes commedere et bibere cum eis. Non enim coniuntur iudei samaritanis sicut nec hebrei egipcijs. Unde Jero. hostili inter se samaritani atq; iudei discordant odio videntes itaq; domini ad hostes suos pergere samarite eũ recipere noluerunt quamq̃ alia subiacatur intencio siue intelligencia quia voluntas domini fuerit non suscipi a samaritanis quia festinabat Jherusalem pati et sanguinẽ fundere ne occupatus suscepcione samaritica et doctrina gentis et illius passionis differret diem ad quam venerat sustinendam hec Jero. Sicut aũt domino in Jherusalem tendenti restiterunt samaritani sic si mens tua in celum tendat habebis semper qui tibi rixas odia et bella gerant non tamen irrepat vindicta menti tue sed quantum poteris studie vtilis esse. vnde sunt versus Jherusalem alienes gentes odere forenses. ꝯquot non recipit membris illa suis. Si ergo mihijs q̃ sm deum operari desideras aliquos tibi obsistere seu te impedire videas noli contrariantibus deseruire sed ipsum in ipso restringe et te cum deo tuo recollige sibiq; dicas. domine vim patior respondet p me nec de hoc cõtristeris q; michil possit nisi q; deus scit finaliter p bono tuo ẽe expedies ymo quãq̃ ad pius nõ videas videbis finaliter si tũ pacienter portaueris q; illud in q̃ tibi eos impedimentũ prestare credebas erit tibi tutamen ad tuum propositum assequendum sicut de Joseph et multis alijs est factum. quia sm Criso. si legem eius custodire volueris necessitatem quidem nullam que te ab obseruacione eius impediat aliquãdo pacaris. Si eciam in bijs que sm deum desideras te videas qdamodo diuinitus impediri vel per infirmitatem vel quocumq; alio modo contingere de hoc nullatenus contristeris sed totum equanimiter feras et te ex toto illi committas qui melius nouit q; tu ipse quid tibi expediat et qui te ad se continue subleuat dũmodo ipsum ex toto illi committas quamus forte hoc ipse non videas Ad hoc ergo sit totum tuum studium vt ipsum in pace et cordis tranquillitate possideas et pro quocumq; euentu non doleas nisi de solo peccato proprio vt alieno seu eciam de bijs que te inducerent facere ad peccatum et que possent alienare seu elongare a deo vt meritum facere inter te et ipsum deum Queuis enim tibi occurrens aduersitas eius nutu et prouidencia geritur cuius virtute res create sunt et suo esse conseruantur Cui q̃ tribulacio aduenerit ext obuiã hospiti tuo tanto benigne eum recipiendo et die corde iocundo. Unde venerit amica mea tribulacio. Qui enim aduersa libenter pro deo patitur xp̃o passo assimulatur et iõ ab eo tamq̃ a consimili nexu dilectionis preapue ostringitur. porro de inuoluntarijs tribulacionibus scire debes q; licet inuoluntarium inquantum huiusmodi nõ

sit meritorum verumtamen si prudens animus hoc ꝙ
nouo voluntarie illatus est voluntarie pati voluerit et vo
luntatem suam hactenus rebellem ad virgam dei indi
nauerit virtutem fasciens ex necessitate haud dubiū
quin salubre et meritorum fiet et ad spirituale virtutū
mcrementum profuet hoc ꝙ ante pestiferum videbat
patamur ergo libenter et voluntarie quia vera salus
nostra est in cruce nec extra eam aliqua salus inuenit
In quacumqꝫ enim anima crux id est tribulatio nō
est nulla patientia est et vbi patientia non est vera sa
lus non est. Cor autē patiens est cui gaudium est qđ
despiatur et quod in penis et quibusqꝫ aduersitatibus
letatur exultans pro eo ꝙ passioni xp̄i et humilitati
sue aliquid adicere valeat et ꝙ habeat vnde deo aliq̄d
sacrificet. Et omnes penas et aduersitates occurrētes
vnias cum penis et aduersitatibus xp̄i et ex vnione
ipsarum dulcescant et deo in fumu patientia redoleāt
Omnia ergo que tibi aduenerint siue leta siue tristia
ex mimia caritate a deo tibi esse donata certissime scias
et omnino credas ꝙ omnia ex tanto xp̄i amore tibi
proueniant et michil aliud tibi aut aliter euenire vel
les aut velle deberes et ideo pro singulis et gratias et
laudes agas. Irati itaqꝫ vel autē iacobus et iohannes
contra samaritanos voluerunt ignem de celo ad cōsu
mendum eos impetrare dicētes domine si vis diam⁹
vt ignis descendat de celo id est de alto sicut fulgura
et huiusmodi que omnia veniunt de celo aereo et cō
sumat illos te recipere nolentes. O quāta fiducia eo
rum in domino erat qui solo verbo se posse credebant
vt ignis de celo descenderet. at huiusmodi vindicta
que laudata est in helya in istis est a domino repro
bata quia hec non apprehēbāt ex caritate et amore cor
rectionis illorum vel finiende in illis malicie sicut ille
ꝫ experientia pcaus et indiscretione et appetitu vin
dicte. in quo mult dominus ꝙ non valet zelus nisi sit
discreta voluntas. Vnde verbis apostoli petri anani
as et vxor eius exanimes ceciderunt nō odii sed iusta
vindicta et paulus quendam peccatorem tradidit sa
thane interitū carnis vt anima esset salua. Vbi Beda.
Reprehendit in istis dominus non exemplum ꝓphete
sancti sed voluntatem vindicandi que adhuc erat in ru
dibus anima aduertens eos non amore correctionē
sed odio desiderare vindicta hec Beda. Vnde dicit eis
nescitis cuius spiritus estis sez spiritus sancti qui bon⁹
est et suauis hoc est non bene recognoscitis cuius spi
ritu signati estis et ideo vultis per odium exercere vin
dictam quod non licet dei seruis. In nouo enim testa
mento quod est amoris procedendum est suauiter et
benigne non sicut in veteri testamento quod est timo
ris vbi procedebatur aspere et rigide. Vñ Glosa. Cui
us spiritu signati estis eius et acta imitemini nunc pie
consolentes et in presenti patientiam habentes sed in fu
turo iuste iudicantes cum sedebitis super sedes duodecī
Et subiungit dominus filius hominis non venit ani
mas perdere per rigorem iustitie statim inferendo pe
nam mortis sicut vos vultis quinimo perdito est ex
vobis sed venit saluare animas per misericordiam et
pene relaxationem sicut expedit miseris. saluantur enī
melius clemencia ꝙ seuicia. Et in hoc datur exemplū
prelatis et non statim cum impetu peccata puniant ⁊
magis tempus et locum expectent nec semper in spec
tantes vindictam exerceant. Vnde Ambro. Quod
vero discipulos increpauit quia ignem super eos de
scendere gestiebant qui non reciperant xp̄m ostendit
nobis non semper in eos qui peccauerunt vindican
dum quia non numq̄ amplius prodest clemencia ti
bi ad patientiam lapso ad correctionem demiq̄ samari
tani acius crediderunt a quibus hoc loco ignis arce
tur. Dominus autē nec in hos mouetur dominum refu
tantes proprii commouetur vt ostenderet quia non
habet vlcionis studium perfecta virtus nec vlla sit in
cundia vbi plenitudo est caritatis nec excudēda infir
mitas sed tollanda procul a religiosis indignacio pro
cul a magnanimis cupiditates vlcionis procul eciaz
a prudentibus inconsiderata cōmocio et incauta sim
plicitas hec Ambro. per Jacobum et Johannez qui
adhuc imperfecti erant signantur homines imperfe
cti querentes nimis dure vindicari sed magister perfe
ctionis prohibet hoc fieri. Et quia samaritani noluē
rit dominum Jhesum et discipulos eius intra ciuitatez
suam recipere ad hospitandum abierunt in aliud ca
stellum. Circuibat enim Jhesus ciuitates et castella p
dicando et faciendo miracula sicut dictū est supra. vide
nunc quomodo domin⁹ Jhesus cuius est terra et ple
nitudo eius exclusis ab vno loco patienter fert et tran
sit ad alium et habet patientiaz si similia tibi euenerint
ymo gaude quia datus est tibi in tantillo ymitari do
minum tuum. Hec igitur omnia considerantes omnez
amaritudinem et iram a nobis excludamus et nō vl
iscentes nos ipsos deo totum committamus. vñ Cri
Rumq̄ insidiemur alijs quomā aduersus nos ipsos
acuimus gladium et profundiorem nobis ipsis pla
gam damus sed contristaut te quis et vis in euz vl
isci ne vlciscaris. Ita enim vindicare poteris si nō
vindicaueris non si vindicasti quoniam non vindi
cans deum ei constituit inimicum. vindicans autē non
adhuc michi enim vindictam et ego retribuam di
cit dominus. si enim famulos habemus et si adinuicez
dissidentes non nobis litem commiserint finiendam et
si infinite accesserint nō solū vindicamus ⁊ et anxiani
dicentes et flagellum totum nobis committere opore
bat quia vero ipsuz preueniens vindicasti ne mole
ris de reliquo multomagis deus qui enunciauit sibi
credere omnia hoc dicet. Qualiter autē omnia non in
conueniens est si a puris quidem nostris tantam ex
petimus obedienciam. dominatori vero non cedemus
ea que volumus famulos nobis cedere. Si enim dic
michi odis eum qui peccauit cuius gratia et ipse pe
cas et eisdem cadis conuiciatus est nec reconuiceris
percussit ne repercutias contristaut nec recontristes

quia nullum luceum si factus es illi rursus par. Ita enim confundere poteris secum humilitate feras et mansuete ita cōfundes abscidere poteris ab ira nullus malo malum sanat sed bono malum hec Criso.

Sequitur Oratio

Omine Jhesu xpe qui samaritanis hospicium tibi negantibus non te vindicasti sed patienter ferens humiliter ad locum alium dedmasti presta michi mdigno o dulcis hospes anime vt vicijs cunctis expulsis gratuz tibi hospitaz in corde meo valeam preparare et si quando ob mea demerita ibi receptus non fueris noli michi irasci et a seruo tuo mira dedimare aut vindictam de me sumere sed tu qui venisti non animas perdere sed saluare reconcilia me tibi per tuam misericordiam et da vt tibi per dignam ꝓparationem cor apertum tibiq placeat ad me seruū tuum intrare et me misericorditer benedicere. Amen

De petitione filiorum zebedei Capitulum. xij.

Ost hec ascendit Jhesus versus Jherosolimam que respectu reditus terre promissionis sita est in alto et propter hoc ab alijs partibus illuc venientes ibant ascendendo et precedebat suos discipulos. Et sm theophilum ostenderet qd ad passionem precurrit et non refugit mortem pro nostra salute illuc ibat passurus pro nobis et nos precedens et nos instruens qd ipsum in opibus penitencie sequi debeamus Et sequentes discipuli timebant qm nondum perfecti vsqz ad tollerantiam martirij erant. Et vt dicat Beda. Meminerant sermonis eius quo se passurum multa a summis sacerdotibus et scribis et occidendum esse predixit metuentes ne vel ipsi cum eo occiderentur vel saltem ille cuius vita et magisterio gaudebant inimicoruz manibus succumberet Et diuertens se a via assumpsit et ad partem traxit seorsum et secrete. xij. discipulos suos tamq perfectores typum prelatorum gerentes non infirmos q posset scandalizari quia nolunt omnibus secreta sua misteria indicare et tunc eis iam quarta vice misterium sue passionis et resurrectionis predixit. quia vt dicat Theophilus. conueniens erat passionis misterium propinquioribus sibi reuelare. Vnde et Criso. omnis gloria dei et omnis salus hominum in xpi morte posita est. Nulla enim res est que amplius ad salutem hominum pertineat qm mors ipsius. Nec est aliqd aliud propter magis deo gratas agere habeamus qm propter mortem ipsius ideo cuz plurima turba fidelium sequeretur eam in via. xij. apostolus suos tulit in secreto et illis tantūmodo mortis sue anumauit misterium qz semper preciosior thesaurus in melioribus vasis mditur Et notandum qd xps passionem suaz et mortem pluries discipulis predixit. primo postq petrus confessus fuit eum filium dei. Secundo postq transfiguratus fuit in monte. Terzio ibidez postq ciuauit luna ticum. Quarto in presenti loco. Quinto in monte oliueti dicens scitis quia post biduum pascha fiet et

Et hoc fecit propter plura. primo vt colloquendo cuz carissimis amicis suis reuelaret illis secreta sue mentis qua secreta misteria sunt tantum maioribus reuelanda et detegenda cuiusmodi erant apostoli. Secundo ne de memoria laberetur sed mortis vigiter meditacionem haberent vt exercitati expectacione cum persecucio venret et crucis ignominiam facilius ferrent et non turbarentur vehementer qua tribulacio precognita et expectata leuior euenitur. vt videntes eū mori ignominiose non scandalizarentur. Terzio vt non dubitarent eum resurrecturum sicut predixerat cū videret ea que de passione sua ꝓdixerat impleta. Quarto vt scirent quoniam passionem preuenit et spontaneus ad eam accessit. Quinto vt essent testes qd sciēter pateretur et voluntarie vtpote qui preuenit mortē et potuisset fugere. Misticē frequenter predixit discipulis passionem suam p hoc significans qd multociens esset passurus in membris suis. Vñ in Act. saule saule qd me ꝓsequeris et petro imminēte passione sua dixit vado romā iterum crucifigi. O quociens et quantum hodie dominus in electis suis patitur q per malos multipliciter et crudeliter septus affligunturet ait illis specialiter tāq̄ suis secretarijs et amicis ecce ascendimus Jherosolimam ad locum passionis quasi diceret iam in promptu est vt patiar quoniam tribulacio proxima est. Et attende qd et supra et hic facit mencionez de loco passionis scz Jherusalem qz sm scripturas in medio terre operaturus erat salutem. Terra autē Jherusalem in medio mundi est posita cui ab oriente adiacet arabia que tempore filiorum israhel solitudo erat vastissima id est desertum horemus terra inuia in qua detinuit eos dominus. xl. annis manna ad manducandum eis pluens et aquaz de rupe producens q̄ scz arabiam mare mortuum diuidit a iudea a meridie vero adiacet egiptus et sic filijs israhel de egipto ad iudeaz reeuntibus magnus erat circuitus qua per arabiam circumduxit eos ab occidente qz adiacet mare magnū et a septentrione syria et mare cyprum. In hoc ergo qd dicat ecce ascendimus Jherosolimaz apparet voluntas patiendi quia sponte sua venit ad passionem Vbi Cri. Ac si dicat videte quia voluntarie vado ad mortez nemo me vocat Jherosolimā nemo me admonet nullius potestatis preceptuz timeo nullius violēcie necessitate compellor. Cuz ergo videritis me in cruce pendentem ne estimetis me hominem esse tantumnam et si posse mori hominis est. velle tamē mori hominis non est hec Criso. Hic dominus ostendit qd in prelatis debet esse vigor ad tollerandum martirium si necesse sit pro grege sibi cōmisso. et hoc docet per exemplum sui qui voluntarie venit ad Jherusalem ad susciendum mortem pro salute mundi. et subiungit et consummabuntur omnia que de filio hominis id ē virginis p prophetas sunt scripta et bene dicit omnia nātria predixerant de cristo scz quid esset facturus quid passurus quid pro vtroq̄ receptaurus. Congrue autē

se filium hominis nominat vbi se passurum predicat vt intelligatur q̄m humanam naturam non sm̄ diuinam passurus erat demde explicat que ventura super eum erant et seriatim ordinem passionis enarrat subdens. tradetur enim gentibus scz a iudea primapibus sacerdotum et scribis et senioribus et condemnabunt eū morte scilicet per falsos testes iudicantes eū reum esse mortis nullo iuris ordine seruato et quia nō habebāt potestatem interficiendi eo q̄ iudaū sanguinis cēt eis ablatum per romanos qui dominabantur eis ideo subiungit et tradent eum scz primāpes et scribe cum accusacione criminis gentibus scz pylato presidi et suis militibus ministris romanorum ad perficiendum illud quod ipsi non poterant scz mortem xp̄i et ipsi gentiles illudent ei verbis et contumelijs et conspuent eū oris immundicijs et flagellabunt eum virgis et nodis et occident eū crucifigendo duris ferreis mutia minia vbi falsi tradunt veritatem fatui illudunt sapiencā rei flagellant innocenciam miseri conspuunt gloriam mortis occidunt vitam. Vnde hern. heu fratres carissimi libertas captiuorum traditur gloria angelorum illuditur speculum sine macula et candor lucis eterne conspuitur dominus omnium flagellatur et vita omnium occiditur. quid ergo instat misi vt omnes eamus et cum eo moriamur. Et iterum traditur tamq̄ reus ad illudendum quasi fatuus ad flagellandum tamq̄ malefactor ad conspuendum tamq̄ vilis ad occidendum tamq̄ preuaricator legis hec ibidē. Mistice dominus traditur a symoniacis illuditur ab ypocritis flagellatur a tyrannis cōspuitur a blasphemis occiditur ab hereticis et apostatis. Et ne apostoli eius morte audita absorberentur pre tristicia et turbarentur cum viderēt morientem nunciaut eis suā resurrectionem ad eorū consolacionem dicens et die tercia resurget ecce tempꝰ et gloria resurrectionis quā passionis annectit vt tam acta et certa resurrectio scandalus cruces euacuet Ideo eciam passio et resurrectio coniunguntur vt in passione natura humanitatis et in resurrectione eius natura diuinitatis comprobetur. et vt dicat Augꝰ. passione ostendit quid sustinere pro veritate resurrectione quid sperare in tribulacione debeamus. Dicite ergo nunc et tu cum discipulis et associa dominum tuum ad ignominiam passionis vt tandem peruenire merearis ad gloriam resurrectionis. quia sm̄ apostolum. Si compatimur et glorificabimur. Predixit ergo eis et passionis sue penam et resurrectionis gloriā vt cū morientē cernerent eādē resurrecturū nō dubitarent et eius resurrectionem fiducialius expectarent adhuc ipsi nichil horum intellexerunt scz manifeste et perfecte quia adhuc rudes erāt et imperfecti. cuius racionem triplicē assignat beda. dicens discipuli cuius vitaz maxime desiderabant eius mortem audire non poterant et quem non solum hominem innocentē sed et deum verum esse sciebant hunc nullatenus mori vel posse putabant et quia per parabolas eum sepe loquentem audire consueuerunt quocens aliquid de sua passione dicebat hoc non ita vt sonabat intelligēdum sed amore dictante ad aliud quid allegorice referendū esse credebant hec beda. Et nota q̄ sicut cristus assumpsit discipulos et dixit eos Jherosolimis ac secreta eis reuelaret sic spiritualiter adhuc assumit discipulos et Jherosolimis quando vocat hominē ab amore mundi et duat ad religionem in qua ē pacifica conuersacio sicut et Jherosolima interpretatur pacificam qua religione multa secreta eis reuelat et illa quinq; que enumerantur de cristo spiritualiter contingunt religiosis que et xp̄s patitur in eis. primo moriuntur mundo quando amor seculi huius funditus in eis extinguitur ita q̄ parentes diuicias deliacas honores et omma que in mundo sunt propter cristum contemnunt. Secundo illudunt quia iam ab hominib⁹ infatuatē ita q̄ religiosus potest dicere illud p̄s. omnes videntes me deriserunt me locuti sūt labijs et mouerunt caput. Tercio flagellantur linguis detrahendum q̄ heu iam vbi quemunt seculares semp rodunt et flagellant religiosos per detractiones. Quarto crucifiguntur a seipsis quando totum corpus suum ad crucez cristi configunt et cogitantes de passione xp̄i carnē suam crucifigunt et affligunt ieiunijs et disciplinis et similibus. Quinto tercia die resurgent quando terminata omni miseria ad eternam letiam peruemunt prima quidem dies est fidei cristiane quā habuerunt in seculo. secunda est religionis sancte qua seruerūt deo sed in hijs duabus diebus adhuc mortui sunt. tercia vero dies ē glorie in qua ab omni miseria resurgēt Poteris eciam predicta de xp̄o enumerata et aliter accipere et sic orare ignosce michi o mundicia sūma q̄ ego coacus tuum indigne sumendo coacus tradidi te libidinosis motibus meis taq̄ in arcumalis. Ignosce michi o sūma veritas quia ego coacus illusi tibi votum meum trāsgrediendo et proximis meracendo. Ignosce michi o vera paciencia q̄ coacus flagellauit peccata mea iterando et te offendēdo Ignosce michi o sūma sapiencia q̄ ego coacus faciem tuam conspui quando veritatis cognicionem quam de te habui per turpitudinem vite mee fedaui. Ignosce michi o vera vita mea q̄ ego coacus te occidi quando per peccatuz mortale te ab anima mea expuli fac me tercia die resurgere per veram contricionem puram confessionē et dignam satisfactionē. Et quia dominus Jhesus dixit se tercia die resurrecturum filijs zebedei putantes imminere regnum Jhesu in israhel et eum illico in proximo regnaturum temporaliter in pace sicut dauid et salomon regnauerunt ac complendum in primo aduētu quod promittitur in secundo suggesserunt matri sue vt peteret munus nomine suo quo concesso peteret eis confessionem a dextris et a sinistris eius in regno suo id est q̄ essent collaterales et maiores pre ceteris in regno suo post eum quia enim erant eius cognati germani volebant post eum esse primi. nec mirum si

terzam sanguine irrigatā dedarat terzenos homies sanguine suo redimendos et mundandos. Terra est sm Glo. vt totū mundū peccatis mortuū ad vitā resuscitaret ideo sudorē suū sanguineum ad terrā decurzere volebat. Itē sm Herū. non solū oculis sed quasi membris ommbz fleuisse videtur vt totū corpus eius quod est ecclesia totius corporis lacrimis purgaretur. Insuper eaā sanguis decurzebat m terrā ad ostendendū qz p terrā id est ecclesia adhuc militante in terra orabat id est sanguinē suū fundebat et ipsaz suo irrigatā sanguine fecūdabat. m sudore aūt notaē feruor m sanguine pauum in decursu habundanaā m guttis particularis efficaaa quātus esset vniuersalis sufficaenaa. Ex isto articulo qui est sudoris sanguinei defluxio habetur documentū salutiferū qō et nos m oratione debemus ita ē intenti et feruidi et ex vehemenaa intenaonis et feruore deuocōnis fudemus quasi sanguinē p figuraconem passionis xp̄i et ardorē dilectionis ad deū qō fit dum quis orans m tanto ardore deuocionis accendit qz p amore dei si oportet sanguinē suū fundere non vereē ī talis incalescat spiritu vt totus sanguis m corpore quasi spiritui alludens pnū et pmptū se exhibeat ad exsudandā. Quia vero caro ex infirmitate sua tā vehementē ardorez deuocionis sufferre non p̄ualet iō quasi sanguinē euaporat vel saltē p sanguine ardentes lacrimas p oculos effundit et quā nos taz vigore saz oraconē effundere non valemus adūginamus oracionem nostrā oracioni xp̄i q̄ est aduocatus noster apud patrē et ipse interpellat p nobis p̄mo orat nobiscū et illa oratio est efficatissima et deo patri accepta que sez m vnione oracionis xp̄i offertur. quā efficaces eaam sunt lacrime oracionis et maxime ille que m recordacione passionis xp̄i fundūtur. patet ex quadā reuelacione facta cuidā p̄sone de qua legitur qz apparēs ei dominus m spiritu ait Si quis m recordacione mee passionis lacrimas cū deuocōne fuderit suscipere volo ac si ipse p me passus sit. m recolendo istū articulum p̄dat homo in fiaē sup terrā orādo intente et cogitet angelicā p̄sendā sibi tunc adē recogitet eaā agonez suum et conetur quantū potest habere lacrimas ex compassione et amore xp̄i quas si habere non valeat per oculos fundat saltē lacrimas cordis. et sicut p̄s dei filius imminente sibi passione horrenda cū p̄ angustiaz superuenture m primo mortis guttas sanguineas m terrā fundere et nichilominus tamē libere voluntatē suā voluntati patris omisit et qz cepit deuote pfecit sic q̄libet deuotus in omni aduersitate et p̄ssura ac tribulacōnis angustia licet forte naturā reluctantē habeat se patrie voluntati omittat et hoc qō occurzerit deuote suscipiat. O pie Jhesu q̄ factus m agonia guttas sanguinis mirabiliter desudasti da michi vt recordacōe tue passionis accensus lacrimarū guttas p sanguine m ospectu tuo merear dulciter desudare. Respice nunc q̄liter iacebant discipuli dormientes et qualiter dominus ostendit eis modum orandi m gestu corporis et m verbo pio et p angelū ibi appentē quem modū et tu tenere debes sez te p̄sternendo ac p̄petū defectū et fragilitatem recognoscendo et cadendo m faciem tuā nō postfiaē vt ea q̄ rogas corā te habeas et m mente teneas non retro vt vnū ore dicendo et aliud corde cogitādo et vt humilitatē mentis ostendas habitu corporis. cassus enī m terrā docet nos humiliari si posset fieri et qz voluntas patris semp p̄cedat et qz non tepide sed cum magno feruore ores sicut dominus fecit et qz non parum sed p̄lixe et distincte non sicut illi qui festināt horas soluendo et si non verbo facto tamē dicūt expedimus nos de istis qz habemus facere alia magis necessaria quasi festinantes ad vtiliora et maiora. Et vide quomodo statiz aderit tibi angelus qui te adiuuat et confortet et oracionē tuā deo p̄sentet. p̄pter exemplū enī nostr̄ ille angelus apparuit et confortans dominū et nō semel sed frequenter est orandū sicut ostendit nobis p trinā oracionē suā docens vt non deficiamus sed m oracione p̄manemus donec impetremus ea que postulare iam cepimus et tu ora p mortuis p vivis tā peccatoribz q̄ iustis. vel oraut ter vt eaā nos de peccatis p̄teritis vemā et de p̄sentibz eius dacionē et de futuris cautelā a deo postulemus. vel vt hec tria sez veniam gratiā et gloriā in oratione petamus vel vt cōtra trinā concupiscentie seu cupiditatis trīptacionē oracionis dipeo tueamur vel vt ad trinitatē sez patrē et filiū et spiritū sanctū oracionē dirigamus. p hoc eaz docuit nos orare p̄fecte qz p̄fecto consistit m tribz sez in p̄ncipio ī medio et fine. Spectre nūc dño et admirare p̄fundissimā humilitatē suā qz cū sit deo patri suo coequalis et coeternus p̄stratus tamē de terrā orat et tamquā quilibet de populo homunculus. Orare quidē patrem docuit xp̄s racione humanitatis in qua est minor patre. non autē racione deitatis in qua est equalis patri vt homo rogat patrē qui vt deus est vnus cū patre. Considera eaā p sanctissimā eius obediencaā qz enim pater vult vt moriat ipse hanc obediencaz reuerenter suscipit et exequitur. vide terrā mdicibilē ad nos caritatē tam patris q̄ filij. p nobis enī hec mors mditur et sustinetur p̄pter mmiā ipsoz caritatē q̄ ad nos habent. Venit autē post hec dominus Jhesus ad discipulos suos et quasi spadens eis p̄pter temptacionem de primo eis imminentē dixit eis dormite iā et requiescite quasi diceret Pax potestis hoc facere qui ibidē aliquantulū dormierunt iubet eos dormire vt ostendat suā ad eos spassionē qz grauati erant et vt cognoscant suaz infirmitatē qz cū ipso vigilare non poterāt et vt somno recreati fugere possent de manibz eoz qui statim xp̄m erant capturi et in figura qz in primo infidelitatis somno erant grauandi. Considera in xp̄o māsuetudinē piā quāto enī magis appinquat ad mortez tantomagis ostendit cordis sui dulcedinē bonus pastor vigilabat sup custodiā pusilli gregis sui O grandis amor vere bonus et pius est hic pastor vere in finē dilexit eos cū intanta agonia positus illo modico

tempore quietem eorum p̄ocurat non sic hodie multi
pastores faciunt qui subditis vigilantiby et in agonia
positis dormiunt suauiter et quiescunt · dum ergo vi-
debis discipulos dormientes in tāto periculo et dominū
vigilantē si deuotus es multa inuenire poteris q̄ dicas
tam dommo tuo quā discipulis suis · videbat tandem
a longe aduersarios suos venientes cū facby et armis
nec tamē discipulos exitauit nisi cū ꝓpe ⁊ quasi mixta
eos fuerunt · Tunc autē euigilās discipulis dixit ei⁹
Sufficit sez q̄ iaz quieuistis et satis dormistis ergo
pax est dormiendū · vnde quidā patres non mō stādo
vel sedendo somnū capere ꝙsueuerunt p̄ modicū · ter di-
scipuli dormiunt · ter dommus oratus suscitat q̄ trina
dormitio et suscitatio tres mortuos quos dominus su-
scitauit significat · Et subūnxit venit hora et filius ho
minis tradetur in manus peccatorū · Vbi Origenes sed
et nunc Jhesus in manus peccatoris traditur quando
hij qui videntur in Jhesū credere habent eū in mamby
suis cū sint peccatores sed et quocūscūq; iustus habēs
in se Jhesū in potestate factus fuerit peccatoris Jhe
sus est traditus in manus peccatorū hec Origenes · sur
gite eamus sez obuiā inde ꝓditori et suis cōplicby ecce
qui me tradet ꝓpe est quem nolo dedimare quātus hoc
possem facere · Ac si diceret non nos inuenit let an-
tes ac quasi timentes et retrahentes vltro eamus eis
obuiā et ꝓgamus ad mortē vt passuri cōfidenter et
gaudiū videant et passionē omnino voluntariā sci-
ant vltro nos debemus offerre quādo nos non expe
dit mortē effugere · vbi ostenditur x̄pi desiderū ad no-
stram redēpcionē q̄ non solū ꝓditorē cū turba ve-
nientem expectauit sed eā eis occurrit · Vbi eciam
docet vt si tribulari nos oportet cū gaudio et ofidēcia
sustineamus · Moraliter q̄ monet nos ad tria · primo
ad temptacones nos ꝓparare cū dicitur surgite · secun
do m bonis operibz ꝓficere cū subdit eamus · tercō om
mi hora quasi temptacionē ꝓximā expectare cū addit
Ecce ꝓpe est et adhuc eo loquente cuz discipulis suis
Ecce iudas mercator pessimus vnus de · xij · sez nume
ro non merito q̄ dixit ad ostendendū immane facin⁹
illius qui de apostolica dignitate ꝓditor fuerat factus
accepta a p̄side cohorte militū gentiliū quoz interest
capere malefactores cū tribuno qui p̄erat eis ac tur-
ba plurima iudeoz ministroz accepta a pontifcby et
p̄napibz sacerdotū crudeli vtiq; et pessima societate im
pioz tamq̄ ad tenendū reū antecedebat eos tamquā
ductor eoz qui volebant ōphendere Jhesū et vene
runt illuc cum facby et laternis vt si in tenebris latre
vellet hijs quereretur necnon cū gladijs et fustibz et
armis vt capcionē ei⁹ impedire volentibz hijs r̄sisteret
Sm Jero · mcūbit virtuti scli q̄ desperat de adiutorio dei
habebat ita q; fulamentū ab vtraq; curia sez et impera-
toris et pontifcas quasi seruato ordine legittime pote-
statis vt nemo tenētiby audiret resistere cū hīc milites
p̄sidis inde ministri phariseoz qui in lege sūmi et iudi
ces videbantur illū tenerent vl eā si quis auderet cō
tra tot non posset · Timebant em̄ plebem ne p̄ hanc de-
fenderetur cōtra eos et ideo eā nocte traditur vt sine
turbis quem die frequēter ꝓpter instructionē aderat
inueniretur · anteq̄ aūt iudas cū turba veniret ad lo-
cum vbi Jhesus cū discipulis erat · dedit autē eis sig-
num dicēs Quemcūq; osculatus fuero ipse est sez chri
stus tenete eum et ducite caute sez cauendo a populo ne
eū de vestris mamby eripiant · Populus em̄ cōmuni⁹
deuocionē ad eū habebat · hoc autē erat iudas et ꝓpter
romanoz milites qui x̄pm nō cognoscebant et ꝓpter
alios ne loco x̄pi caperent Jacobū minorē qui in facie
x̄po similimus erat ꝓpter q̄ specialiter frater domini
dicebatur et q̄ timebat ne se transformaret et de mani-
bus eoz elaberetur q̄ pluries detentus ab ipsis ꝓtin⁹
sint nescientiby illis et ideo osculari eū voluit vt in oscu
lando teneretur ne euaderet · Et cū venissent ad locum
hīc Jhesus sciens omnia q̄ ex dispositione diuina vē-
tura erant sup eum ꝓcessit vltro in occursū illoz sicut
patus ad passionē · Exquo patet voluntarie eū captus
fuisse et passū · discipuli q̄ sequebātur eū timentes sed
ipse hortabat eos ne timerent · Vnde Anshelm⁹ quā
pmptus bone Jhesu spiritus tuus ad passionē fuerit
euidenter ostendisti quādo vementiby vnacū ꝓditore
tuo viris sanguinū et querētiby aiam tuā cū laternis
et facby et armis p̄ nocte vltro occurristi · Et dixit Jhe
sus occurrentiby offerens se voluntarie eis Quē que-
ritis non interrogat quasi ignarus voluntatis eoruz
sed mori paratus interrogat vt sciāt eū ee quē quere
bant Responderunt ei Jhesū nazarenū non erat querē
dus ad mortē quē ꝓfitentur ee salutis auctorem nec
erat psequendus quē dicūt ee florē honoris et honesta
tis · dixit eis Jhesus semetipsū manifestans et offerēs
Ego sū sez quez queritis quasi diceret Quid p̄ signo
sumitis osculū ꝓditoris quid quasi latentē me queritis
cū facby et laternis ego sum non se occultauit nec se
abscondit sed magis querentiby obuiam ruit et se eis
ostendit · Vbi Crisō · frat autē hoc Jhesus ostendēs q̄-
niam non solū ōphendere eis non possent sed nec vi-
dere in medio existentē nisi ipsi deberet hec Crisō · vir
tute em̄ diuina factū est vt venientes ad capiendum
eū p̄mo non cognoscerent eā suus discipulus q̄ ve
nerat ad tradendū q̄d maxime est potentie eius osten
suum vt p̄ hoc secundo ostēderetur q̄ de voluntate sua
caperet q̄ eā cogentes ab eis recedere potuerat si vo-
luisset · Sed et manifestius patet p̄ hoc q̄ subditur q̄
audito verbo virtutis et diuinitatis q̄d est ei cū patre
et spiritu sancto omune a voce tonitrui hui⁹ formidā
tes abierunt retrosū et ceciderunt in terrā resupini tam
iudas q̄ alij potentia diuinitatis illius dejecti ita enim
erat eis importabile q̄ dicebatur · Jte ideo vt eā q̄n
tum in se est daret videris materiā diuersionis viso po
tentie sue miraculo et ideo cū statum ad ostensionē po
tentie sue diuersi non fuerunt se eis capiendū spōte ob
tulit Ceciderunt retrorsū et resupini sicut cadunt mi
qui non autē et in facie sicut cadunt iusti. Q̄ autē se

cadit videt quo cadat· qui aut retro cadit non videt sui casus piculū· Imiqui ergo retrocadunt qz nō vident sui casus miseriā et quid eos sequatur· iusti vero qz m istis visibilibz semetipsos sponte deiaunt vt mutabilibz erigantur m facē suaz et antecadere dicunt qz casū vident et timore opuncti humiliantur· Hinc ergo pensandum est qz aspera erat vox iratī cuius verba dulcia pati non potuerunt· hoc aut factū est ex diuina ordinacone vt p hoc declaretur virtus sue diuinitatis sicut p capacionē eius sequentē fragilitas humanitatis· Vnde eaā Aug⁹· exclamans ait vbi nūc militum cohoz et ministri pñapū ac phariseoz vbi terroz et muninē armoz· Nempe vna vox dicentis Ego sū tantā turbā odijs feroce armisqz terribilē sine telo vllo pcussit repulit strauit virtute latentis diuinitatis· Deus enī latebat in carne quid iudicaturus faciet qui iudicandus hoc erat quid regnaturus poterit qui moriturus hoc poterit hec Aug⁹· Poterat cristus omnes hostes suos destruere si vellet defendere se sed noluit misi ad modicū eos psternere· Hoc ideo erat vt ostenderet se morte voluntarie sustinere et si vellet remitti non possent cū capere vel tenere hoc hostiū cristi victoria fuit olim in sampsone et sangar et dauid prefigurata sampson cū mādibula asini strauit mille viros et sangar cū vomere interfecit viros sexcētos et dauid vno impetu occidit viros octingentos· Sed si isti dei adiutorio tot hostes pstrauerunt non est mirū qz coram xp̄o omnes hostes corruerunt· et cū tremuli surrexissent iterū eos interrogauit quē queritis Questionem iterat vt fideles sua passione liberandos ee ostendat· Illi aut adhuc m malicia pseuerantes dixerunt Jhesum nazarenū· Non enī cognoscere vel capere cū poterant donec ipse vellet pter hoc subditur dicat eis Jhesus dixi vobis qz ego sū qui voluntarie me offero et tunc habuerunt ipsius noticiā et capiendi licenciā pter qđ sequitur· Si ergo me queritis sz cōprehendere facatis qđ intenditis sed tamē simite hos sz discipulos meos abire qz non est tempus modo qz toliātur de mundo m quo patri qz ipse dedit eis potestatē capiendi eū· Naz sicut ex sua potēcia discipulos suos seruauit ita et mirabilius magis seipsū seruare potuisset quasi diceret Sic do vobis potestatē me capiendi vt tamē meis discipulis non facatis aliquid mali hoc dixit qz seruādi erant discipuli vt verbū salutis p eos diuulgaretur vsqz ad vltimam horā eius quā ad eos habuit dilectionis obseruāciam demonstrauit· Per hoc ostendit qz superiores debent suos subditos fideliter adiuuare et p eoz defensionē se mortis piculo exponere· Vt ait Aug⁹· Fraudat qz mittet simunt eos abire quos nō vult pire vt impleat qđ dixerat qz quos dedisti michi non pdidi ex eis quē quā· tunc accedens ille nequā et dominū sub dolo salutās dixit Aue rabi et osculatus est eū accessit tamquā domesticus eius sed fur erat salutauit tamqz discipulus sed insidiator erat osculatus est tamqz amicus sed inimicus inimicus erat dicitur qz erat cōsuetudo iudeoz in aduentu suo osculari ad significandū qz ingressus erat pacifici et qz moris erat domini Jhesu discipulos quos emittebat in suo osculo pacis reape redeuntes et pterea pditoz illis osculū in signū dedit et alios tamqz dux exercitus et doctor ad malū pcedens cū osculo ficto redijt quasi diceret Non fū ego cū istis armatis sed rediēs more solito te osculoz et dico Aue rabi O vere pditori huic similes sunt multi plati q verbo vel facto alios scādalizādo et post se trahendo antecedunt ad malum et ideo eaā antecedūt ad infernū iudas beneficijs xp̄i abutens mala p bonis rededebat cui eciam similes sunt qui similia facere non erubescunt· Sm Beda fuscepit osculum dominus non qz simulacionē nos doceat sed ne pditorem fugere videretur et plus afficeret pditorem cū amoris officium non negaret simul et illud psalmi oplens cū hijs qui oderunt pacē erā pacificus Et suscepto osculo dixit illi Jhesus amice ad quid venisti vocat eū amicū sm statū pstimū amicabiliter cū fuit electus a domino in apostolū ac si diceret ad qđ scelus dilapsus es vt discipulus traderes magistrum et dū esses apostolus factus est traditor· vide quid feceris et desidera finē tuū malū· vel amice qz te diligo si inimice qz me tradis vel vocat eū amicū promere imperans simulaciones. tamqz sm Aug⁹· diceret oscularis et insidiaris nouo quare veneris amicū fingis cuz pditor sis ostēdis amicciam signo et agis pdicionem de facto amicciae signis eū pditores vtuntur vt eoruz dolus latenq⁹ pagatur vnde apaus ei dixit Juda osculo filiū hominis tradis id est in signo caritatis pdicionem hominij facis· infelix signū vbi p pacē bellū per osculum hominij tuū p salutacionē cōdempnacio petitur Vbi Ambro· Illud plus optat gratū et optat mgtum qđ eū tradidit qui cū eet dei filius pter nos filium hominis ee voluit quasi diceret pter te suscepi migrate qđ tradis ypocrita· Et sm eundē quasi amantis affectu corripuit pditorē et ideo eciam sm Criso· pprium nomen posuit qđ magis dolentis erat et reuocantis qz puocati ad iram. Vnde Anselmus Si ergo qđ accepterant a duce flagicij tripū manifestasti· nā accedentē ad osculū sanctissimi oris tui cruentā bestiā aduertat non es sed os in quo dolus muentus non est ori qđ habundauit malicia dulcior applicuisti· O innocens agne dei quid tibi et lupo illi que nouacio xp̄i ad bestial· sed et hoc benignitatis tue erat domine vt omnia illi exhiberes que prauū cordis sui pinacciam emollire potuissent nam et veteris amicciae illū admonuisti dicens Amice ad quid venisti et horroze sceleris cor impij ferire voluisti cū dicebas iuda osculo filium hominis tradis hec Anselm· hoc idē potest dici indigne sumentibus corpus xp̄i sz iuda osculo filium hominis tradis Moraliter iudas est mundus qui quandoqz ad libitū dat diuicias tunc ridet quando dat solacia et delicias tunc osculatur quando dat honores tunc amplexatur sed omnibz istis modis nos et morti eterne tradit teste beato Job qui dicit de cū in bonis dies suos et in

puncto ad infernum descendunt·vide hic maximam mansuetudinem domini quia osculum proditori suo dedit et verbis blandissimis alloquens amicū ipm vocauit·O quot sunt hodie tales qui vidēt amicē dominī et nō eius sūt amici·Amicas em̄ suis oia nota fiat sez mūdum cōtemnere carnē domare et dyabolū cū suis temptacōibus vincere· Sed multi abeuntes retro post cōcupiscēcias suas cū iuda proditore abierūt ad penas·Quot sunt ecia hodie q̄ inter se vidēt amici sed sunt ficti et pelores q̄ inimici aperti. Inimicus em̄ manifestus melior est q̄ amicus fictus·Ille duz timet facile vitatur iste p̄ualet dum non cognoscitur· In isto articulo traditionis exp̄munt tria que specialiter traditionē istā reddebant xp̄o multū dolorosaz et factum uide aggrauabāt valde·vnuz est q̄ fiebat a suo seruo suo discipulo ac vno de duodecim de toto mūdo ad tantū a p̄latis ad dignitatē specialiter electis ab eo Vnde ſm Ambro·Seruus dominū discipul9 magistrum electus auctorē p̄dit·secundū est q̄ signo pacis et amicicie sez osculo tam fraudulenter et dolose tradebatur·Dñ Ambro·Amoris pignore vulnus mfligis et caritatis officio sanguinē fūdis et pacis ministro morte irrogas·teraū est q̄ illud fedū os p̄ditoris vt pote cuius cor sathanas omni spurtiqa repleuerat taz amorosū et mellifluū os verbi eterni tangere audebat. Et tunc ſm Criso· Agno mitti basia dedit lupus venenosa·Ex hoc articulo tria habemus documēta·Primum est vt caueamus ne et nos xp̄i p̄ditores efficiamur·q̄ vt dicit Origenes omnes p̄ditores veritatis amare veritatē fingentes osculi signo vtūtur omnes ecia hereticī sicut iudas Jhesu dicunt Aue rabi· Item xp̄m quis dolose salutat et tradit osculo in p̄mo vel ecia in seipso·In p̄mo quidē dū quis p̄mū diligere se simulatur et malū otra eū machinatur quā traditionez xp̄s sibi assumit mixta illud qđ vni ex minimis meis fecistis michi fecistis· Itē xp̄m dolose cum iuda salutat et osculatur qui p̄mo suo p̄mittit et nō seruat vel fraudulēter adulatur·in seipso ecia deū salutat et osculo tradit qui ore dicit se nosse deuz et credere in eū factis aūt negat Itē cū iuda dñz salutat et osculo tradit q̄ cū mortali peccato ad corp9 domini accedit· Secunduz est vt discamus patienter ferre malos homines fraudulencias sicut xp̄s suscitauit p̄ditorē sui patienter tollerabas·Tercū est vt calumniatores nostros et nobis malum temptantes non odiamus sed amantis affectu exemplo eos corripiamus·in hunc articulum recolendo de falso osculo unde poterit homo p̄ contrariū cū sincera fide et deuocione osculari pedes crucifixi indignū se reputās osculo oris ad qđ ille infelix iudas accedere p̄sumpsit q̄ si ymaginē crucifixi āte se nō habeat osculet tertiā reputādo hoc idem et aliter p̄t deus inspirabat·

O Domine Jhesu qui a iuda osculo tradi petuisti da michi numquam in p̄mo vel in memetipso te tradere et calūniatoribus meis insidiatoribus fraterni amoris officiū nō negare· Ista inquā salutacio xp̄o facta olim fuit in Joab et amasa figurata Joab amasam salutans dolosa mente fratrem necabat et iudas xp̄m salutans iniqua intencione magistrū appellabat Joab dextrā mentū amase quasi deosculans tenebat et in sinistra gladiū educens ipsū perimebat sic iudas quasi dextra mentū xp̄i tenuit Aue rabi blandē sibi dicens et quasi sinistra gladiū eduxit et ipsum p̄fodit insidias sub verbis blādis occultās iudas et mala malū p̄ bono reddēns olim saul p̄figurauit q̄ generi suo dauid malū p̄ bono reddidit· Dauid hostē saulis sez golyā superauit et in multis eis vtilis fuit ſ saul sibi tāquā hosti insidias parauit et ei morte inferre affectauit sic de9 pharaonē et inimicos eoz sepe decimat et semp eis p̄fuit nunc autē in morte eius arma parant et ad occidendū eū se armant·similes ecia sūt cayn qui fratri suo sine causa murdit et ipsum q̄ nichil mali sibi fecerat occidit cayn eduxit fratrē suū verbis blandis et eductū crudeliter interfecit. sic et iudas verbis blandis xp̄m fratrē nostr̄ et patrē salutauit et hostibus ad interficiendū nequiter p̄sentauit Et cū petr9 ceteris ardencioz seruo pontifices cui nomē erat malch9 qui ad xp̄m capiendū magis de ipe se ingerebat et feroces mittebat auriculā dextrā obzelū amputassē putans eū magis ledere et grauiter vulnerare vel ei caput amputare et interficere · sed diuina dispositione ictus declinauit et relapsus est ad aurē dominus eius a lesione aduersarioz operiuit dicens iuerte gladiū tuū in locū suū seu in vagmā quasi non esset locus defensionis sed patiencie nec ei licitus vsus gladij materialis quasi diceret ſNoli eo vti ad defensionē mea q̄ nō licet viris apostolicis vti gladio materiali· Vbi cōsiderandū ſm Criso·q̄ licet xp̄s petro et aliis discipul9 post p̄cepit dicens si quis te percusserit ad vnā maxillā p̄be ei et alia·Ex sermone tamē xp̄i quē fecit post cenā petrus nitentū amorē exarserit q̄ de illo p̄cepto nō recolens solū magistri sui defensionē intendebat·Ex hoc autē q̄ xp̄s defensionē suā phibuit ostenditur p̄mptitudo eius quā ad pacientū habuit recōdi gladiū p̄cipit vt paciencia non vindictā doceat·Vnde Raba· oportuit vt auctor gracie fidēles paciencia suo doceret exemplo et populus ad fustimendū aduersa fortiter instrueret q̄ ad vindicandū p̄uocaret. Prohibet ergo dominus defensionē armoz ne clericus armis pugnare p̄sumat Vnde Ambro· Arma mea sunt lacrime et oracones aliter non possū nec debeo resistere· sed hoc hodie p̄lati pauci attendunt q̄ regalia a regibus ad pugnandum acceptunt cū populus reges ab eis aliqua ad petendum acapere deberent et adhuc dominus Omnes em̄ qui acceperint gladiū·i·vsi fuerūt gladio sez p̄pria auctoritate et nulla superioris aut legitima potestate vt iubete vel occidente seu iuste seu p̄ crudelitate vindicte nō iuste et amore iustitie gladio pibit id est ipsa vindicta erit ei p̄dictoms causa q̄ dignus est gladiari qui cuiq̄ molitur ledere altū seipsū p̄prio jaculo petitit et

madit in foueam quã fodit et subdit dominus an putas qz nõ possũ rogare patrẽ meũ et exhibebit michi pluscz duodecz legiones angelorz Ac si dicat paliã viã possem euadere si vellem nõ indigeo auxilio xpi apkorz qz possez si vellẽ habere xpi legiones ãgelorz Cum ergo possẽ acapere legiones nolebat acape vt p pacenaam eius implerẽtur scripture pphetarum de ipso quomã ita eũ pati oueniebat ad nostrã redemp cionẽ qz et si nostre liberacionis alius mod9 fuiss possibilis nullus tamẽ ita oneniens et ideo non erat loc9 defensioms et resistenae sed magis pacenae nõ soluz autẽ minis eũ cohibuit sed et aliter osolatur eũ dicẽs Calicẽ quẽ dedit michi pater non bibã illũ quasi dicere si recte sapis debes voluntatẽ tuã dumne voluntati ofozmare· Aliter em̃ eris sathanas non sapiens q̃ dei sunt sm̃ Criso· In eo qz ipsam mortẽ calicẽ diat quaz sibi gta et acceptabilis p salute mortalũ mors vidẽ edisserit· Jhesus autẽ seruũ sanauit auriculã eius tangendo et ei restituendo vt adimpleret qõ pdixerat benefacte hijs qui ocadẽrũt vos in quo maxima saluatoris xpi caritas et pietas apparet et benefica, virtus ei9 ostenditur quã exhibet hostẽ suũ qui ad ipsũ conphendum venerat sanãdo et p hoc mimicos eius eũ psequẽtes ad fidẽ admonendo et insup discipulos m fidẽ cõfirmãdo et nos qz uolut quẽpiã pter se ledi et vt mimias nostris benefiadamus instruendo· In q̃ eaã suã virtutẽ et potestatẽ reuelat qz non de necessitate sed voluntate captus ess· Vbi Beda Numcz em̃ pietatis sue dominus obliuiscitur qui eaã hostes suos nõ patitur vulnerari illi uisto mortem inferunt iste psequendum vulnera sanat· Mistice docens et ipsos si ouertã tur sanari qui in sue sunt mortis ofensione vulnerati Tunc Jhesus ouertit se ad turbã non impadenter sed macionabiliter eã alloquendo dicens lamentabiliter et quasi ad lamentũ aduocatos puocando tamquã ad latronẽ existis cũ gladijs et fustibz apphendere me quasi diceret sine causa fatis hoc cuius macionẽ assignat dicens Quottidie id est frequẽter pacifice et sine armis apud vos eã docens in templo in loco vbi potestatez habetis et tunc sine violenaa armorz me conphendere potuissetis sed non me tenuistis tunc nec cepistis qz nolebam sed nec nunc possetis msi pmittrẽ et me spõte vestris manibz subdere· vbi Remigius ac si diceret latronis officiũ est nocere et latitare ego vero nemi mi nocui sed plures sanaui et in sinagogis semp docui Vbi et Jero· stultũ est mquit eũ cũ gladijs et fustibz querere qui vltro se tradebat vestris manibz et m nocte quasi latitantẽ et vestros oculos declinantẽ p pdi tozem muestigare qui quottidie m templo docebat· Jdeo autẽ vt diat Criso· eũ m templo non tenuerũt qz non erant ausi pter turbã pter qõ et dominus fozas exiuit vt ex loco et ex tempore daret aptitudinem sapiendi· hic sm̃ Anshel· mãsuetudo domini notãda est que tam dulater psecutozes suos allocuta est tam dulci allocuone redarguit vt ipsoz nequiã operaret et nos ad imitacionẽ sue benignitatis vtiliter mutaret· et subdidit dominus· sed hec est hora vra id est vobis oessa ad me ophendẽdũ et potestas tenebraruz qz dyabolus pncps tenebraz matabat eos ad hoc faciendum et hec potestas est tenebris data id est dyabolo et nideis msurgendi m xpm et ideo aduersuz me in tenebris congregamini et potestas vestra qua contra lucẽ armamini m tenebris est· Vt autez ait Theo· peractis cunctis que sufficienter se habebant ad phibendum uideos cũ illi hoc nequaquã discernerent tunc du a se pmisit· Vnde diatur cohors ergo militũ et tribun9 qui eis perat et ministri uideoz accesserunt sicut lupi ad agnum vnanimiter et impetuose et manus sacrilegas miecerunt m Jhesũ omniũ saluatorẽ irreuerenter et m debite et tenuerunt eũ ipso pmittente· Quãdo em̃ volut tenius est et non aliter et sic fuit captiuatus pria voluntate· Nam vt diat Remigius frequenter eũ cõphendere voluerunt sed non potuerũt sicut nec nunc potuissent msi ipse voluisset· Sicut em̃ eos solo verbo pstrauit sic solo verbo eos fugare vel eaã amichilare potuiss si voluiss· ex quo patet obstinacio eoruz qz non fuerunt auersi a suo malo visis pdictis signis sed magis attribuebant artibz magias· Cogita hic qz si penale est cuilibet homini capi p eo qõ p captiuitatem admittitur homini libertas tam odiacoms qz redigitur in seruitutẽ captiuatoz sed leges aules tam actiones qz captus non potest facere qõ vult quanto magis penale fuit xpo qui est dominus celi et terze et quẽ celi et terze capere nõ poterant violentoz quantũ erat ex parte ipsoz manibz capi et teneri· Ex hoc articulo habemus morale documentũ qz sicut xps amore nostri voluntarie seipsum tradidit captiuuz uideis sic et nos p eius amore nosipsos id est omnes sensus nostros debemus captiuare m obsequiũ xpi videlicet vt oculi captiuentur ab illiato visu aures a noxio auditu linguas nostras ab odiosis et noaus locuacionibz manus a malis operibus pedes a vano et vago incessu maxime ad peccandũ· Sicut em̃ xps fuit captiuatus ne quo vellet possit abire sic homo seipsũ debet captiuare ne sequatur concupiscencias carnis et sensualitatis appetitũ ad noaua trahentẽ· Cor eaz captiuet a malis cogitacombus intellectus ab erroneis sensibz et falsis dogmatibz voluntas ab omnibz a diuina voluntate diserepantibz· Vnde Apo· In captiuatẽ redigentes omnem intellectũ m obsequiũ xpi· Vbi p omnẽ intellectum possunt omnes sensus et vires anime ad operacionem intellectus deseruientes acapi· Aliud documẽtum est onexũ qz homo libenter debet ee captiuus xpi vt mortẽ euadat eternã· Sicut em̃ homo in belli periculo ostinat9 libenter dat se alicui nobili et benigno domino captiuũ ne ab alijs feroaby ocadatur sic nos in hac vita sicut in bello ostituti qz maliga est vita hominis sup terzã tradamus nos benigno domino xpo captiuos qui non est dominus mortuozum sed viuoruz ne ab hostibus eterna morte feroatr ocadamus· In

recolendo hunc articulum recogitet homo se quasi in campo bellico cum hostibz conduxiz nec posse euadere potenciã aduersariox et demonũ misi se tradat xpo benigmssimo dommo in seruitutẽ captiuũ et sic aliq̃ eox : poris tradat se totũ xpo captiuũ damus et dicens ad eum · Jhesu qui a tuis sponte capi et tenere voluisti da michi oẽs sensꝰ viresq̃ meos in obsequiũ tuũ ingter captiuare vt a morte ꝑpetua tomtare tua merear ꝑ seruari. Deosculacio et cõplexio xpi quondã pfigurata fuit in joab q̃ amasiaz deosculãs eũ interfecit. Tenentes autẽ Jhesũ dulces illas manus suas vinculis strixerunt et ligauerunt ommino ignominiose quasi latronẽ et morte dignũ a quo pedus solui velle debuerunt qz ommũ venerat absoluere vincula criminũ et peccatox ac mortis et infermi · et erant forte in eis q̃ postea liberati ab eo dixerunt dirupisti domine vincula mea ecce adest Joseph ligatus venditus a fratribz et sampson vinctus a dalida id est synagoga. Vnde Anselm · sed ecce iam ꝓditorẽ ꝑeuntẽ impioz turba ꝑ sequitur et osculuz ꝑbente nuda manus miecerunt in Jhesũ dominũ suuz tenẽt ligatũ et illas dulces manus vinculis stringũt quis ferat scio occupat nunc cor tuum pietas omniaviscera tua zelus inflammat siue rogo paciatur qui ꝑ te patitur · quid optas gladiũ quid iraseeris quid indignaris si ad instar petri auriculam cuiuslibet abscideris si forte brachiũ tuleris si pedẽ trucaueris ipse restituet omnia qui eciã si quem occideris absq̃ dubio suscitabit hec Anselm. Ligauerunt eum autẽ ꝑpter tria · Primo ne manus eoz effugeret dixerat enim eis iudas q̃ eũ tenerent et caute ducerent · Secundo vt eũ morte dignũ ostenderent qz mos erat iudeis vt quẽ morte dignũ iudicarent vinctũ ꝑsidi traderent · Tercio ꝑpter misterũ licet ipsi hoc ignorarent qz enim xps nos peccatis ligatos et in limbo vinculatos soluere debebat ideo ipsũ ꝑ nobis ligari oportebat cuius vinculis liberati sumus · Voluit quippe xps tamq̃ latro ꝓhendi et ligari · Ada enim cũ latrocinio furtum cõmisit quando pomũ sibi vetitũ attrectauit nã furtum est cõtrectacio rei aliene inuito domino et huiꝰ rei causa totũ genus humanũ a dyabolo conꝑhensũ tenebatur ligatũ ꝑ cuius satisfactione Jhesus tamquaz latro voluit conꝑhendi qui inconꝑhensibilis est et ligari qui ligatos venit soluere et vincula eoz dirumpere. Et nota q̃ xps filius dei tamquã latro cũ latrone scz barzabã est captus inter latrones crucifixus a latronibz ocasus ꝑpter latrones passus soluens q̃ non rapuit · legitur autẽ dominus ter ligatus · Primo statiz cũ captus fuit duceretur ad ãnam · Secundo cum de anna duceretur ad cayphã · Tercio cum duceretur ad pylatũ · nã sm Bedam potuit fieri vt ad herodẽ soluere tur quatenꝰ discuteretur et post hoc discussus iterꝝ ligaretur · Quarto potest addi q̃ eciã ligatus fuit ad colũnam cũ flagellaretur licet hoc in euangelio non ponatur nec exꝑmatur insup in cruce clauis fuit vinctus et sic eciã ligatus. Ex hoc articulo trahuntur plura documenta salubria. Primũ est q̃ sicut dictũ est dominus ligari voluit vt ipse peccatox nostrox solueret vincula ideo nos debemus ee grati de solucione nostra et cauere ne rursus eũ nostris peccatis ligemus qd̃ fit quocienscũq̃ mortaliter peccamus. Manus eciã xpi videntur cũ funibz peccatox colligare qui non credunt deo q̃ possit eis necessaria sua dare. Secunduz est q̃ xps ligari voluit vt nos sibi alligaret vinculo caritatis. Vnde studeamus et nos sibi tam fortiter caritati astringi ne leuiter ab ipso possimus separari. Ipsa enim caritas est vinculũ quo anima deo alligatur. Teciũ documentũ ẽ vt nos ligemus omnia mẽbra nostra et ipsaz linguã nostrã funibz ꝓceptox dei ne laxẽtur ad aliqua cõtraria diuinis ꝓceptis vl diuine voluntati vt michil operemi aut loq̃mur q̃ deus vel ꝓximus offendatur. Quartũ est vt simꝰ vinculo fraterne caritatis ꝓximis colligati ita vt omnẽ graciã diuinitus acceptã studeamus eis impartiri sicut apostolus omnes fideles hoc vinculo sibi colligatos habuit eosq̃ socios sui gaudij ee cõcupiuit · Quintũ est q̃ nos volentes sequi cristuz debemus nosmetipsos ligare vinculo ꝓfessionis obediencie ꝓpter eũ qui ꝓ nobis voluit ligari ita vt amplius ꝓ nostro velle nos mouere non possimus et sic cũ ysaac colligati et in altari mactacõmis ꝓprie voluntatis positi quotidie in holocaustũ viuũ deo ꝓmolamur. Ad ꝯformandũ se huic articulo recogitet homo qualiter dominus ligatus fuit ꝓpter vincula peccatox nostrox soluenda et vt nos vinculo caritatis sibi alligaret et poterit recõpensaz aliquã seipsũ deo ligare aliquo bono ꝓposito vel eciã voto quo si iã ligatus sit in religione vel alias desideret a deo adiuuari ad ꝓficiendam huiusmodi obligacionẽ ad laudẽ suã. O Jhesu qui iniquox mambz ligari voluisti absolue queso nostrox vincula peccatox atq̃ ita caritatis vinculo ꝓceptoꝝq̃ tuox funibz me cõstringe ne vmquã mẽbra corporis aut vires anime mee laxentur ad quis otraria tue volũtati. Capto autẽ et ligato dommo discipuli omnes timore ꝓteriti relinquentes euzfugerunt et magistꝝ suũ sicut latronẽ ad victimã deuca pmiserũt sicut ꝓdixerat eos scandalũ in se passuros. Conꝑhenso pastore dispergunturoues capto magistro fugiũt discipuli · Vnde Beda impletus est sermo domini quo dixerat q̃ omnes discipuli scandalizarentur in illa nocte et Jeronimꝰ Tunc adimpletũ est elongasti a me amicũ et ꝓximum et notos meos a miseria · vt autem dicat Theo · pmisit dominus eos cadere vt nõ in seipsis cõfidant · Vnde Remigius in hoc facto demõstratur fragilitas apostolox qui enim de ardore fidei ꝓmiserant se mori cũ eo nunc timore fugiũt immemores sue ꝓmissionis q̃d eciã videmus impleri in bijs q̃ ꝓ amore dei magna se ꝓmittunt facturos et postmodũ non implent non tamẽ desperare debent sed cũ apostolis refurgere et ꝑ penitenciã resipiscere · Vbi et Rabanus · Mistice autẽ sicut petrus qui culpã negacionis penitencie lacrimis abluit recuperacionẽ eoz ostendit

qui in martirio labuntur ita ceteri discipuli q articulū
conphensionis fugiendo puenerunt cautelam fugien
di docent eos qui se minus ydoneos ad tollerāda sup
plicia sencunt quib⁹ tutius est latere q se discrimi
certamini exponere. Sed quare non conphenderūt
apostolos et maxime petr⁹ qui percusserat cū gladio di
cendum q michil eos detinuit nisi virtus diuina q eā
ptraxit eos refugimos. tunc omnes discipuli pecca
uerunt et in fide p illud triduu extincti fuerūt preter
beatā virgine in qua sola fides ecclesie in cōcussu pmā
sit ob cuius rep̄sentacionē in matutinis illius tridu
omnes candele extinguuntur excepta una sola que re
manet accensa in huius signū eciam denudanē altaria
q xp̄us p altare designatus relictus fuit ab apostolis
signatis p ornamenta. In illo eciam triduo officium
nocturnū alte cantatur p qō pheue de xp̄o signanē
diurne vero hore sub silencio dicūtur q apostoli tunc
p̄dicare non audebant vnde et campane non pulsant
q sonus p̄dicacōis cessauit A parte montis syon in
vallem Josaphat descendendo fuit caueme apostolor⁹
vbi latuerunt tpe passionis xp̄o relicto. Adolescens
autē quidam sequebat Jhesū syndone id est linea ve
ste q mundanā signat sup nudo sc⁹ corpore q nō ha
bebat aliud indumentū supra tunicā et ab extra q solā
syndonem qui dicit fuisse Johannes. Unde Beda In
uenem istū nil vetat intelligi fuisse Johannē cuius lō
ga post hec in carne vita indicio est hic cū teneret ab
impijs relicto vestimento elapsus manib⁹ teneūtiu⁹
nudus pfugit ab eis quor⁹ sc⁹ et penitenaz detestaba
tur et facta non a domino cuius amorem eciā absens
corpore fixū seruauit in mente. Rondū fuit in eo per
fecta caritas que foras mittit timorez sed p tanto pl⁹
alijs de amore habuisse tenet quia plus ceteris magi
strum sequebatur. In facto autē suo sm Bedam designat illos qui vt securiores ab incursibus hostiū fiāt
quicquid in hoc mūdo possidere videnē abiecūt ac nudi
potius deo familiari q adherendo mūdo et reb⁹ mūda
nis materiā tēptandi et a deo reuocādi aduersarijs da
re didicerunt uicta exemplu⁹ beati Joseph qui relicto
in manib⁹ adultere pallio foras exiluit malēs nudus
deo q indutus cupiditatibus meretrias seruire. Sic
paulus p̄mus heremita videns alios deficere in exq̄si
tis tormentis fugit et ad solitudinem se trāstulit. Et tu
nudus euola ad vexillū crucis pocius q diuicijs allig
aris et detinearis a mundo quo mimus xp̄i ministeris
Unde Jero. Qui vult effugere manus iniquor⁹ relin
quens mentē que mūdi sunt fugiat post Jhm. Johā
nes vero mox recepto et resūpto vestimento rediit et
dominu⁹ vt pius sequebatur potuit enī fieri vt sub du
bia noctis luce sese turbis ducendū Jhm quasi vnus
ex ipis immiscuerit donec ad atriū pōtifias cui notus
erat pueniret Johannes sudario simplici et tenui erat
supuestitus sed nūc vestes extendimus impartitis et
plicamus in capsis ac vestū deportandar⁹ habemus fū
trias quadrigas et curr⁹ et eaz eaz caudas post
nos trahimus vt portare facimus. Ex hoc articulo sc⁹
fuga discipulor⁹ trahūtur quatuor documenta p̄mu⁹
est q nos caueamus ne et nos vnq a xp̄o fugiamus
Fugit autē a xp̄o qui pter timorem humanum vl ex
temptacōne dyabolica vl alias pter quamcūq passio
nem seu affectionem corruptam relinquit iustiaam
aut veritatem. Naz xp̄us est iustiaa et veritas et om
uersaliter in omni mortali peccato fugit homo a deo.
Secūdum est q si nos aliqū ex fragilitate ad horam
a xp̄o recedamus peccādo non ideo debemus desperare
sed cū apostolis resurgere et p penitenciam resipiscere.
Tercū est q vt supra dictū est ex fuga discipulorū
docetur cautela fugiendi minus ydoneis ad tollerāda
supplicia et aduersa sicut ex pemtencia petri ostenditur
reparacō lapsor⁹ in martirio pter illa. Quartū est q si
interdū hij qui videnē amici nostri et pximi recedant
a nobis tpe necessitatis vel aduersitatis equanimiter
hoc feramus memores q et apostoli recesserūt a xp̄o
bijs meūentib⁹. In cōformādo se huic articulo recogi
tet homo quantū se elongauerit a deo peccando et ru
minet illud p̄s quoniam qui elongant se a te peribunt
pdidisti omnes qui fornicant abste michi autē adhere
re deo bonum est ac dicit ad deū dicendo Jhesu qui ele
ctos discipulos tuos omnes a te fugere permisisti suscl
pe me seruū fugitiuum seruū tuū et tene virtute oīpo
tencie tue nec sine me abste pprie voluntatis arbitrio
euagari. Attende nūc diligenaz et vide quomodo do
minus Jhesus patitur se capi et ligari et a discipulis de
relictum duci ad mortis supplicū ac si eet maleficto⁹
et omnino impotens ad se defendendū. Cum quāto da
more putas manus in eum miecerūt q crudelit eū
ligauerūt q dire strixerūt et q irreuerenter traxerūt.
Considera eciam quomodo discipulis suis fugiētibus
et erzantib⁹ cōpatiē et quis fuerit dolor quem discipuli
amantissimi habuerunt quoniam oportuit q a magi
stro suo dulcissimo separenē. O q muiti. o q tristes
o q desolati. O qualiter plorantes. quales voces et cla
mores gemitus et suspiria dātes sicut orphani et timo
re pterriti recedebant et ppendere potes q recedentes di
cebant o magister bone. o dulcis pater. o benigne do
mine. quomodo sic separamur te. quomodo pater sancte
filij tui fugiūt a te. quo ibimus dñe. Hec mirum et
multa alia dicere poterant. O quociens retro respicie
bant videntes qualiter dominus suus ligatus et sine ho
nore trahebatur. o quociens se in terzam precipitabant
et ad celū clamabant. Ex hoc enī magis et magis eo
rum dolor augebatur q videbāt magistrū et dominu⁹
suū sic viliter trahi et canes illos pessimos mordētes et
ad victimā eū trahentes quasi agnū mansuetissimū sine
clamore et resistencia sequi. Quis enī tūc doloris acu
leus discipulor⁹ corda penetrauit qui viderunt dulcissi
mū magistrū et dominū suū tamq malefactorez duci
ad mortem videbant eū eciam ille impissimus iudas
penitencia ductus tāta postmodū fuerit ex hoc reple
tus amaritudie vt maluerit mori q viuere. Cogitare

potes si dña mater sua ibidem fuisset quid fecisset·o do
mina mea q̄ mala et q̄ amara erit tibi dies crastina
quando audies et quando videbis tam crudele specta
culum·O domine Jhesu que anima hec cogitans po
test sustinere q̄ nō rumpatur p̄ dolore· Conspice igi
tur eū quomodo ducatur ab illis nequissimis et de tor
rente surſū versus Jherusalē festinanter et cū impetu
manibꝫ retro a regione dorsi ligatis et vt dicatur cat he
na collo suo imposita expaniditatus tunica nō curiose
sucanctus capite discooperrtus et curuus ex fatigaco
ne et vehementi accelleracone mœrens et quomodo
agnus innocēs inter lupos ibat mordaces· O q̄ vio
lenter eū impellebant p̄ vallis Josaphat medīū et ad
montis ascensū q̄ fatigatus et moleſtijs afflict⁹ tran
sijt p̄ torrentē cedron vt adimpleret scriptura q̄ dicit
de torrente amare sez passionis in via bibet et sic cū im
petu tamq̄ cōtra latronē stridentes et eum pedentes
duxerunt eū p̄ portas aureas p̄ quas in die palmarū
intrauerat que modo clause sunt et adduxerunt eū liga
tum tamquā morte dignū ad annā p̄mum id est p̄mo
Pluribꝫ autē de causis ducebant eū p̄mo ad annā q̄z
vna est q̄ domus anne p̄ oris in via occurrebat et
ideo turpe ei erat et cōtemptus videretur si domū suā in
trepositā p̄teriisset vel forte illuc diuertebāt ne in via
longiori tumultus in populo fieret vel ministri face
bant hoc de voluntate cayphe volentis annā socrū su
um honorare vt diuino iudicio qui erāt affines sanguine
ne sociarentur in scelere· Jtē q̄ annas senior fuit q̄
cayphas· Judiciū autē p̄mo referebatur ad seniores
vt magis iustū apparerat coram hominibꝫ ideo erat eius
anne p̄mo p̄sentari vt excusabilior erat si ab anna con
demnatū ipse postmodū condemnaret· Jtē q̄ hij duo sa
cerdociū vicissim agentibꝫ emerent et sibi p̄ annos vi
cissim succesſerunt et vtilitatē in cōmuni habebāt et ideo
erat eū p̄sentari anne tamquā cōiudici ad quem scire
de iudicio p̄tinebat et vt xp̄s magis dignus morte et
p̄ cōsequens ipse cayphas minoris culpe videret si al
terius q̄ sacerdotis sui sententia et coram iudicibꝫ et pluri
bus xp̄s cōdemnaretur et licet isti pontifices iudicem
non haberent iudicij sanguinis habebāt tamē iudicij
examinis q̄ ipsi examinabant causas de ritus iudicem
spectantes et postea miserunt ad p̄sidem cesaris causas
instructas sm̄ legē vnus sūmus sacerdos p̄ totā suam
vitā officio pontificij fungebatur cui post morte filius
succesſit vt generacionis in sacerdotibꝫ series reperetur
Postmodū vero inuidia et ambicione p̄ncipū crescē
te non solum patri nō succesſit filius sed nec vltra an
num quis officio fungebatur pontificatus et hoc ipsum
pecunia multa petebat a romanis· Unde hij duo sez
annas et Cayphas p̄ncipes sacerdotū erāt licet de tribu
leui non erant et p̄ vices annuas alternatim sacerdocium
ministrabāt q̄d quolibet anno p̄ suis viabꝫ ab herode
emebāt et erat tunc annus cayphe cū passus est do
minus q̄ erat pontifex anni illius id est āministracio
nem ānī illius habebat quāuis iudicij et vtilitas iudi
cij cōmuniter ambox erat· non ergo mirū si iniquū pon
tifices inique iudicauerunt eaā in officio pontificatus
tam nequiter adepti rem sic nephariā gesserūt· Sepe
enī qui p̄ auariciā vel ambicionē ad sacerdocij et dig
nitatē accedit p̄ munificiā in eis seruatur et sceleramen
tum iniquū funesto fine cōsumatur· vide symoniā am
bicione et scismate sacerdocij synagoge deperisse· Ca
ueat igitur ecclesia ne sibi cōtingat simile· Circa hūc
articulum sez ductionē xp̄i est cōsiderandū q̄ xp̄s in
p̄cessu passionis sue nomen hodie duct⁹ fuit· Primo
enī mox vt captus fuit et ligatus duxerunt eū ad an
nā· Secō ab anna ad cayphā· Tercō a cayphā ad pylatum· Quarto a pylato ad herodē· Quinto ab hero
de reductus est ad pylatū· Sexto milites duxerunt
eū intro in atriū p̄torij vbi illuserūt ei· Septimo py
latus duxit eū foras de p̄torio portātē coronā spineā et
vestē purpureā· Octauo duxit eū foras p̄torij ad lo
cum vbi sedit p̄ tribunali· Nono duxerunt eū ad cru
cis patibulū· Et in qualibet istaꝝ ductionū semp singu
lares penas et cōtumelias passus est sicut de singulis
in suis locis patebit has nouē ductiones vsq̄ ad me
ridiem fictas repsentāt fideles qui hodie vsq̄ ad no
nam circueuntes visitant nouē ecclesias in memoriā
q̄ xp̄s postq̄ captus fuit duct⁹ est ad nouē loca· et me
rito fideles hodie sanctoꝝ ecclesias visitāt vt ab ipsis
beneficia obtinere valeant nā hodie sancti valde libera
les ēe debent q̄ hodie de carcere fuerunt liberati et in ce
leste imperiū sublimati· Si q̄s enī de carcere liberare
tur et in imperiū sublimaretur illā die multū diligeret
et in illa die multū liberalis ēet similiter et hoc de sanctis
est credendū· Fuit autē ductio xp̄i violenta q̄ manu
armata et cū turba fuit et ignominiosa q̄ ducebat vin
ctus sicut malefactor et morte dignus fuit eaā dolo
rosa q̄ quātumcūq̄ ipse voluntarie cū eis iret tamen
in fune eū trahebant ac impellebāt et p̄ssuris obuer
berabant ita vt dicere posſ illud p̄s· ex omni parte angu
stie me p̄munt· Ex hoc articulo habentur quatuor do
cumenta· Primū est q̄ fideles in die parasceues visi
tantes nouē ecclesias sm̄ nouē ductiones· In p̄ma
ecclesia rememorari debent quid xp̄s passus fuerit co
ram ānā· in secunda quid coram cayphā· in tercio q̄d co
ram pylato· et sic deinceps vt videre poteris in ordine
suprapositio· Secundū est q̄ si quādo forsan causa dei
ducamur ad penā cū patientia tolleremus amore et
exemplo eius qui p̄ nobis ductus est innocēs sicut
ouis ad occisionē· Tertiū est q̄ licet nos aliquando
ducamur ad malū pene numq̄ tamē patimur nos
duci ad malū culpe q̄ talibꝫ ductionibꝫ nullatenꝰ con
sentire debemꝰ· p̄mo nec ad huiusmodi inuti trahi vo
luntas possumus et ideo si quando ducamur ad tempta
cionem nequaq̄ tamen ducamur in temptacionē per
peccati consensū· Quartū ē vt nos simꝰ docibiles
ad viā iustitie sicut xp̄s valde faciliter p̄mo desideranter
ducebatur ad passionē non repugnans neq̄ remitēs
nec murmurans et sicut ouis os suū non aperiens

in cōformando se huic articulo recognit homo q̄ exp
brabiliter sicut fur vel latro x̄ps ductus fuit et poterit
etiam mentaliter visitare nouē ecclesias sicut deuocō
dabit. Itē formet sibi homo ꝓpositū se velle cū gracia
dei duabilē ee ad omne diuinū beneplacitū et oret di-
ces Jhesus qui vinctus velud malefactor ab iniquis
de loco ad locum exꝓbrabiliter duci voluisti da michi
virtutē vt ad nullū a spiritu maligno vel homine ma
lo seducar peccatū sed spiritu tuo bono deducar ad om
nia tue beneplacita voluntati. Sequebatur autē Jhe-
sum symon petrus et alius discipulus scz Johannes
sed a longe ex timore licet enim isti sicut et alij primo
ex timore fugissent postea tamen ex deuocione secuti
sunt qua feruenciores alijs erant et pre ceteris cristus
dilexerunt et qua maior eos admirācem vis dilectō
nis vulnerabat q̄ Johannes et petrus dominum ad pas
sionem intrinsecum secuntur signat ecclesiaz de iudea et gen
tibus domini passionem secutuā id est imitaturā sed a
longe et differēter. Ecclesia enī ꝓ se patitur sed ille ꝓ
ecclesia et passio sanctorum a longe imitatur passio
nem x̄pi qua non est dolor similis dolori eius. Mi-
stice per hos duos discipulos due vite intelliguntur q̄
x̄pm secuntur scz actiua q̄ ꝑ petruz. et contemplatiua q̄ ꝑ
Johānem significatur et actiua quidē sequitur cristuz
obediendo. Contemplatiua vero recognoscendo et con
templādo. et q̄ Johānes erat notus pontifici introiuit
cū Jhesu in atriū pontificis q̄ ꝓpter notitiam p̄missus
est intrare in atriū cū alijs. Causa autē sue notitie hec
ee potuit q̄ forte missus a patre suo pisces ad domuz
pōtificis pluries portauit. Vel forte q̄ aliquis de cog
nacione eius ibidē seruiebat. vel fm aliquos de dauid
descenderat quia genealogias sacerdotes habebant. Et
duxit johānes hostiarie et fecit introduci petrz qui ex
timore stabat foris ad hostium quasi plagimes future
negacionis factū. Vnde m̄s. qui videbant me foras
fugerunt a me. Mistice autē johānes intratur cū Jhe
su q̄ vita cōtemplatiua est ei familiaris sed petrus fo
ris stabat q̄ actiua vita circa exteriora occupatur per
hoc aūt q̄ fecit introduci petrz Mistice intelligitur
q̄ ꝑ cōtemplatiuā adducatur ad x̄pm actiua. sicut enī
racio inferior dirigitur ꝑ superiorē ita actiua ꝑ contem
platiuā sequere et tu eū vsq̄ ad atriū pontificis et intra
cū eo si poteris vt singula que fiunt videre merearis
Atrium vocatur platea sub duo inter p̄mā portā et se-
cundam vbi erant ministri p̄napis circūsedentes ad ig
nem inter quos stabat petrus calefaciens se. Intus
autē erant in cōsilio p̄na pes sacerdotū et scribe et senio
res et dominus cū eis sicut agn9 inter lupos hec trina
negacio petri fuit inchoata sed postea i domo cayphe
cōsumata et ideo ꝓpter cōtinuacionē materie simul om-
nes tres sunt posite ibi. Jbidē ergo domino Jhesu in
bello et cōflictu duro et aspero pmanente tu aliquan
tulū non sine cōpassione et gemitu dormitabis et q̄e-
kes si tamē hoc poteris facere.

Sequitur oracio.

O Omine Jhesu x̄pe qui in agonia sanguinez
sudasti da michi in erumna pegrinacionis
huius tecū sudare vt otiosa non remaneā sed
requie. sed in sudore vultus mei vescar te
pane vino tuiq̄ sudoris sanguinei balsamū me egro-
tum sanet in precibus deuotis faciat et celesti curie lo
Aug⁹. sic eñ implebañ q̄ de se dixerat xp̄s sic martires informabantur ad omnia q̄ persecutores libuit facere p̄ferenda sic paulisper occultata tremenda potentia ꝛ emendabatur p̄us imitanda patientia sic regnum qđ de hoc mūdo non erat superbū mundū nō atrocitate pugnandi sed patiendi vincebat humilitate sic illud grauū multiplicandū semmabatur horribili strumelia vt mirabili pallularet in gloria hē: Aug⁹. Ve igitur semel ve bis et ve iterū hijs qui post tam p̄clarā humilitatis speculū tolluntur superbia in altū ob p̄bria refugiunt et ad honores aspirant rursū ornamentes dei filiū quē toto ab hominib⁹ amplius omni ostat honorificē-cia dignū quanto p honore hominū indigniora sustinuit. Vnde Crisō. Tot autē et talib⁹ factis ipse stabat silens tu vero audiens hec in mente habe continue et regem orbis terrarū et angelorū dominum videns cōtumeliam patientē et omnia ferentē silencio imitare. Et iterū que igitur erit nobis cura de cetero si strumelias ab aliquo patiamur postq̄ xp̄s hoc passus est cum qđ fiebat in xp̄o vltimus strumelie terminus erat nec vana particula tamū sed vniuersū corpus patiebat̄ miurias caput p coronā et arundinē ꝛ colaphos facies q̄ cōspurbatur gene q̄ alapis cedebātur corpus totus p flagella et q̄ denudādum est et p crucīfigendi dānidis et p fictā adoratiōnē manus p arundinē quā dēcrunt et p sceptro ac si timerent ne p̄termitterēt aliq̄d grauissime p̄sumpturis. Vnde et Anshel. Regali purpura mouē sed plus in ea despiatur q̄ honorēt sceptrum in manu gestat sed ipso reuerendū eius caput feritur adorant cora ipso positis genib⁹ in terra et regē deridant et assiduo ad despuendū amabiles genas ei⁹ subsiliunt maxillas palmis cedunt et honorabile collum exhonorant hec Anshel. Omnes vero iste illusiones mihtū et strumelie malorū xp̄o illate nobis tribuunt misteria licet alia intencōne ab eis sint facta put septus tactū est supra. hec autē sm Johannē ante sententiam pylati facta fūt. sed matheus et marcus post sententiā ea q̄ obmiserant recordādo ponunt. sic ergo vt dictū est martires informabāt ad p̄ferendus cruciatus q̄ a persecutoribus inferebātur. q̄ eñ in veste duplici scz alba et rubea xp̄s illusus ēe phibet in vno puritas sue humanitatis in altero veritas sue passionis exp̄mit. In ea signat duplex martirij genꝰ quo in passionib⁹ ecclesia adornatur vt sit candida virginitate et rubicunda sanguine et ipsa ecclesia variis membrorū suorū floscu lis vernans in pace lilia gignit in bello rosas. vñ dicit admirando dilectus meus candidus et rubicundus candidus scz actione et in pace lilijs virginū ac rubicundus sanguine et in bello rose martiꝝ. In vtroq ergo habitu dominū potest omnis multitudo electorū intelligi Alba eñ veste induuntur virgines et confessores et rubea martires. vnde et dominus alba veste induitur cuius munda nitorū confessione arcūdatur rubea vestitur cuius in triūphis victoriosorū martiꝝ gloriat̄. si autē te nudum absq̄ hijs vestib⁹ inueneris veste xp̄i rubea induere et tot⁹ xp̄i passionib⁹ adornare ß nec illi suffragabat q̄ ad maiorē illusionē totā cohortē militū congregauerāt ß et pylato vbēte cora ipso et toto populo maiorum forīs expectante qui p̄pter festū non introierūt in p̄torū adduxerunt foras Jhesū sic illusū et ad derisionē et confusionē parātū omnib⁹ demonstrandū. Exiuit ergo iterū pylatus de p̄torio foras ad maiores et dixit eis ecce adduco eū vobis foras postq̄ diligēter examinaui et puniui ad finē faciendū vobis vt cognoscatis q̄ nullā in eo causam scz mortis inuemo licet afflictū et illusus sit et hoc ad voluntatē vestrā innocentē feci se sufficat in eo habitū istū ostendit in quo illusus est a ministris vt saltē acquiescāt et videntes eū sic plenum ob p̄brijs. Exiuit ergo Jhesus ex p̄cepto pylati portans spineā coronā et purpureā tunicā et damicē cocineā turpem et veterē ac sceptrū arundineū ecce q̄ lamētabile spectaculū mœstit q̄si in habitu regali sed patebat vndiq̄ despectui ecce quomodo rex et dux tuus cōfusione repletur et humiliter sustinet vt te ab eterna confusione eriperet et a superbie peste sanaret ḥ ergo mittamur vt ob p̄bria omnia p nominis Jhesu xp̄e honore sustinere parati simus ꝛ in omnib⁹ humilari studeamus. Vnde Anhel. Attende anima mea quis est iste qui egreditur habens ymagīnē quasi regis ꝛ michilominus serui despectissimi cōfusione repletus est Coronatus meedit sed ipsa eius corona cruciat⁹ est illi et mille p̄cuturis spinosū eius verticē diuulnerat hec Anhel. Et tunc quasi despectue loquendo vel eos ad misericordiā p̄uocando dixit eis pylatus Ecce homo ecce de quali homine creditis q̄ vellet sibi regnum vsurpare quasi diceret ꝛ si in aliquo male egisset tamē vltra cōdignū punitus est et ideo sufficere vobis deberet videre caput eius p̄foratū totū corpus laceratū facie cōputā et p deo cōpatiamini sibi q̄ frater noster est. Voluit eñ pylatus vt sensibiliter videret qualiter fuisset punitus et illusus vt sic moueretur ad cōpassionē q̄ animo liberandi eū fecit hanc ostensionem. Vnde Crisō. p̄terea et coronatū Jhesum adduxit ad eos et cōtinuō qđ a militib⁹ factū fuit in eū videntes pax respirent a passione et vomant venenū. Vñ et Aug⁹. hinc apparet non ignorante pylato hec a militib⁹ facta siue iusserit ea siue p̄miserit illa scz causa vt hic eius ludibria inimica libentissime videret et vltrio eius sanguinē non sitirent. egreditur ad eos Jhesus portans spineā coronam et purpureū vestimentū nō clarus impio sed plenus ob p̄brio spinis punctus sputis illusus flagellis afflictus et dicitur eis Ecce homo quasi diceret si regi mundi iam parate q̄ dejectum victis flagellatus spinis coronatus ludibrioso veste amictus amaris cōuicijs illusus alapis cesus est feruent ignominia et frigescat mundia sed non frigescit marescit paganus et metescit hec Aug⁹. Ex hoc articulo sumitur documentū q̄ nos xp̄m illusum ante oculos mentis nostre habeamus ꝛ in vestitu et exteriori apparatu non vane gloriemur q̄ dñs noster in vestitu

illusus est et maxime in hoc sequi xp̃m debent religiosi et monachi qui xp̃m repsentãt in habitu tonsura et ferulis. habitus enĩ monachalis despectibilis est q̃ si illusoribus hominib⁹ mundanis. Corona autẽ capitis monachalis repsentat coronã spineã baculus seu ferule quos antiquitus monachi portare cõsueuerant repsentant arundinẽ et sicut xp̃s nõ dedignatus est habitu illusorio populo iudeoꝝ ostendi sic nõ erubescãt monachi et alij mundi cõtemptores qui ꝑm Apostolũ spectaculũ facti sunt mundo in habitu contemptibili et insignijs regalib⁹ illusorijs p̃dictus xp̃m regẽ imitant. Item est hic documentũ q̃ istã ostensionẽ xp̃i repsentat sacerdos in eleuatione hostie quasi diceret ipse ecce homo q̃ enĩ sacramentũ altaris est memoriale dominice passionis et xp̃s ẽ passus ꝑm humanitatẽ ꝑm diuinitatẽ vero est impassibilis ideo sacerdos ostendens ibi xp̃m congruenaus dicat ecce homo q̃ ecce deus licet ipse sit et homo et deus sed homo patiens fuit in illa ostensione et deus latens. Item est documentũ q̃ nos debemus cũ eisdẽ insignijs mistice acceptis put dictum est suis loas ante cõspectũ xp̃i regis nostri in iudicio apparere cũ quib⁹ ipse dignatus fuit iudeis ostẽtari. Jhesu qui cũ illusionis insignijs iudeis ostentari voluisti da michi ostentationẽ vane glorie deuitare et cũ eisdẽ insignijs mistias ante despectũ tuũ in extremo iudicio appere. sed licet pylatus hoc agat tñ insatiabilis sacrilegoꝝ furor nõ cessat sed magis instat Ecce magna pertinacia iudeoꝝ in petendo mortẽ xp̃i obstinata malicia non emollitur misericordia. Tunc enĩ illi iudei filij diaboli cum vidissent eũ sic punitum et illusũ et cognoscerent q̃ pylatus sic voluit dimittere eũ in nullo cõpatientes ei ac punitionis correpcõne et illusionũ obprobio nõ cõtenti nec pylati excusatione placati clamabant tumultuose et alios ad clamãdum excitabãt dicentes Crucifige crucifige eũ quasi dicerent hec pena nullomodo nobis sufficiat sed petimus q̃ moriatur videntes eũ magis cõmouebantur q̃ ex aspectu eius qui odio habetur magis cõtra eũ coꝝ odietis inflãmatur. Jngemiscãt autẽ crucifige ꝑter desiderij vehementiã et q̃ voluntate et opere crucifixerũt eum Magna crudelitas q̃ non sufficiat eis altera sed vtrumq̃ nec cõtenti sunt qua cũq̃ morte sed turpissima et durissima sed cruas desiderãt occidere Clauis affligi ad lignũ querunt ne doloꝝ actus finiatur sed morte ꝑducta moriatur et vt in cruce diucius videatur et modo mortis diffametur. Et ꝑm Crisostomum timentes ne aliqua eius post ipsũ fiat memoria studeant et ad suppliciũ ducere maledictũ. Verũ vt dicat Rabanus iudei de morte pessima cogitabãt. ꝑ a domino non intelligentib⁹ eis electa erat. Ipsa enĩ crucẽ diabolo superato erat tamq̃ tropheũ in frontib⁹ fidelitũ posituras. Cerne eã nunc quomodo sic contumeliose vestitus et coronatus cui⁹ sceptro mœdit et quomodo sine dimissa stat coram tanta multitudine vociferante et damãte Crucifige crucifige eũ ac semper eũ deridente et sibi insultãte quasi sapientioꝝ eo fuerint Et sic non solũ doloꝝ et penas sed eã cõtumelias et terroꝝ recepiebat ab eis. Ex h̃ articulo q̃ in clamore cõsistit trahitur documentũ q̃ non refert ad culpe intẽtionẽ occidere hominẽ lingua vel gladio. Vnde ꝑplexa lingua eoꝝ gladius acutus et loquuntur ad litteram de iudeis clamãtib⁹ crucifige. Sup q̃ dicit Aug⁹. noli attendere mermes manus sed os armatũ iudee gladius ꝑcussit quo xp̃s occideretur. Caueant ergo sibi detractoꝝ et ꝓximoꝝ infamatores ne exacuant vt gladiũ linguas suas q̃ sicut gladio corpus sic lingua fama hominis ꝓimitur. Vnde in ꝑuer. Mors et vita in manib⁹ linguę. Jtẽ est documentũ q̃ non semp ad q̃libet interrogata est respondendũ. Ad cõformandum se huic articulo recogitet homo q̃ terribiles fuerũt illi clamores iudeoꝝ et rememoretur an ipse vnquaꝝ inquis hominũ iudicijs aut oblocuationibus seu detractionib⁹ cõtra ꝓximũ ꝑ cõsensũ cõclamauerit vel aliquas ꝑat deus dederit et sic oret Jhesu qui terribiles iudeoꝝ voces Crucifige crucifige clamantiũ audire mihi me expauisti da michi inimicoꝝ tuoꝝ verbis execrabilib⁹ non terreri et lingua mea nocumentum ꝓximo non inferre. Sed pylatus videns xp̃i innocentiaꝝ et iudeoꝝ malitiã impellentiũ ad rem illiciatã et recusans crucifigere Jhesũ dixit eis a capite eũ vos et crucifigite qui sine causa cõsueuistis innocẽtes cõdemnare. ego enĩ non inuenio in eo causaꝝ sed crucifigendi et damnandi talem sententiã. vere dixit pylatus q̃ xp̃s peccatũ nõ fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Vnde bene dicit in eo q̃ causa mortis xp̃i non fuit in eo sed in nob Et ideo dicat Dñe. O piissime Jhesu quid tibi et mori nos peccauimus et tu luis nos debuimus et tu solueris Ac si diceret pylatus Michi nõ licet interficere innocentẽ vos crucifigite si vultis derisorie et indigniter hoc dixit q̃ non habebant potestatẽ iudicandi aliquez ad mortẽ. Vnde ꝑm Crisos. qõ dixit crucifigite execrantis fuit hoc verbũ et ad rem non cõcessam illis impellentis. Videntes autẽ iudei q̃ pylatus clamoribꝰ eoꝝ non acquiesceret cœperunt allegare racones alias q̃ supra allegauerant et accusabant eũ q̃ cõtra legem filiũ dei se fecit et ideo vt blasphemus ꝑm legẽ quã habebant mori deberet. Errabat O iudee q̃ se deũ non fecit sed pater eũ genuit deus deũ et ergo filiũ dei se dicendo nõ blasphemauit ꝑ veritatẽ dixit. vbi Aug⁹. ecce altera maior iudia parua q̃pe illi videbat velõ affectare illi ato ausu regie potestatis et tñ neutꝝ sibi Jhs vsurpauit mendaciter sed vtrũq̃ q̃ rex erat et filius dei verum est et vnigenitus est dei filius et rex a deo cõstitutus sup syon montẽ sanctũ eius et vtrumq̃ nunc demonstraret nisi quanto erat potencioꝝ tãto mallet esse paciencioꝝ hec Aug⁹. Tunc ergo pylatus magis timuit ne forte vere cet q̃ cet dei filius et sic factũ enormẽ fecisset ipsũ puniendo et illudendo et ne videretur inique agere occidendo. Jlli vero hoc dicentes nõ doluerũt ꝑ interficiũt eũ ꝑ quib⁹ oportuerat adorare ꝑm Aug⁹.

pylatus nō timuit legē eox vt ocaderet qz aliemge-
na erat et legē non obseruabat sed magis timuit filiuz
dei ne illū ocaderet pus timuit ocadere innocentē nūc
magis timet ocadere dei virtutē et ideo volēs de hoc se-
cretius et melius inquirere nō amplius interrogauit
quid fecisti· Sed ingressus est iterz in ptoziū cū Jhe
su vt veritatē magis posset cognoscere extra tumultū
iudeoz et dixit ad eū vnde es tu id est vñ duxisti ori-
ginē· p hoc querebat vtz ēet deus originē habens di
uinā vel homo habens terrenā· Jhesus autē non de-
dit ei responsū implens illud ꝓphetiū sicut ouis non
aperiēs os suū vt nobis daret pacientie exemplum· qz
enī pylatus altā quesiuit questionē nō audiuit respō
sionem nā diuina generatio infideli et incredulo expli
canda nō erat et qz suā passionē impedire nolebat cū
ad hoc venisset et ꝓ nobis pati vellet· Dixit ergo ei
pylatus ꝓuocans eū ad responsū aliquod per qđ illa
accusatio excludi posset dicens Michi non loqris mi-
rabatur de eius taciturnitate cū ēet in puncto liberatio
nis vel damnationis sue ideo sequitur Nescis qz pote
statē habeo crucifigere te et potestatē habeo dimittere te
quasi diceret michi saltē deberes respondere tua pylate
voce ostendis te ingeris tua sentētia damnaris· Si enī in te
totū est positū quare innocentē in qua nullā causaz in
uenis non absoluis ꝓ potestate ergo non ꝓ equitate
crucifigendū dominū tradis ꝓ potestatē latronē absol
uis· auctoze vero vite interficis· et qz gloriat de sua
potestate ideo respondit Jhesus ad reꝓmendū eius ia-
ctantiā non haberes potestatē aduersus me villā quan
tulamcūq habes nisi hoc ipsū quicquid est tibi ēet da
tuz et cōcessū desup sez a cesare et viterius ꝓmissū a deo
qui est potestas superior et a quo est omnis potestas
Et ex hoc arguit eius peccatū qz non acceperat pote-
statē a cesare et a deo damnandi innoxios sed magis
liberandi eos· et qz pylatus gentilis erat et superioris
potestatis timore augebatur ideo dicit eū minus pec-
care qui iudeos qui legē nouerāt et iudicia mouebant
Unde Augꝰ· qz plus peccat qui potestati innocentez
occidendū iniuste tradit qꝫ potestas ipsa si eū timore al
terius potestatis maioris occidit· nec timendo quidez
ꝓsertim innocentē hominē homo debet occidere sed ta-
men id zelando facere multomagis est qꝫ timendo hec
Augꝰ· et similiter traditor plus peccauit qui ꝓ questu
eū iudeis tradidit Magis ergo erat peccatū inde et iu
deoz qꝫ pylati qz ad occasionē xpi iudas fuit motꝰ cu
piditate· iudei autē rancore sed pylatus humano timo
re et exinde id ē ex hac causā et ꝓpter hoc sez ne peccaret
et peccatū haberet occidendo innocentē et dei filiū quere
bat pylatus dimittere eū absolutū qꝫ ius minus esset
peccans qꝫ alij qui tradiderunt illū· Non ꝓ tūc ꝓmum
caperet sed si pus volebat modo querebat· supza enī
tentabat eū dimittere sed extūc omnino et ostātī ani
mo querebat hoc facere. Judei autē non valentes per
falsas accusationes arcūuenire iudicē minuntur eidē mi-
nuria cesaris ingerere timorē et ideo ō hoc magis qꝫ de
omnibz supius dictis eū terrere putantes damnabant
dicētes Si hunc dimittis qui se regē facit nō es ami
cus et fidelis minister cesaris id est non zelator ꝓ hono
re et statute domini tui custodiendo et ideo amicitiam
eius amittis· Omnis enī qui se regem facit vsurpādo
potestatē sibi otradiat cesari imperatozes enī romam ab
stulerāt a iudeis regiā dignitatē et ideo q̄ inter iudeos
dicebat se regē videbatur facere otra imperatoris ordi
nationem sine cuius consensu non solebat quis titulo
vti regio· hec enī potestas est terrene nature qꝫ vna ē
imperans osoziꝫ aliaz· vnde et ideo cesar non patie-
batur altū ibi dominari· Unde Criso· et vnde habetis de
monstrare hoc a purpura a dyademate a curia a milici
bus nonne solus semp cū militibz incedebat ꝓ omnia
viliter trāsiens et abū et stolā et habitationē hec Cri·
Cum autē pylatus audisset minas sibi inferri a populo
de indignatione cesaris adhuc plus timuit· Nam sm
Augꝰ· Non sic potuit pylatus ꝛremuere cesarē auctō
rem potestatis siue quēadmodū legē gentis aliene· Ti
mens ergo cesarē et non audens eaā sed minimā ap-
parentiaz facere otra eius honorē adduxit Jhesū foras
extra ptoziuz et sedit ꝓ tribunali id est ante tribunal
vel in tribunali nam apud grecos hec ꝓpositio ꝓ indi-
cat qꝫ ante vel in hoc est sedit in loco sedis iudicialis
seu ad iudicandū qđ est officiū iudicantis et sedētis in
tribunali· Est enī tribunal sedes iudicū sicut thronus
vel solū regū et cathedra doctoꝝ et dicit tribunal qz
apud romanos tribuz causas particulares decernebāt
dicti a tribubz quibz ꝓponebātur· Sedit vero in loco
qui dicitur grece licostratas id est lapidū stratura siue
pauimentū varietate lapidū stratū dictuz a lichos qꝫ
est lapis et stratos qđ est stratura siue pauimentū qz il
le locus diuersis lapidibz erat pauimētatus et erat an
te domū pylati et idē locus dicit hebraice gabatha id
est collis siue sublimitas ex coacerutione lapidū qz
locus fuit sublimis vario lapide stratus in quo tribu
nal erat· Erat aūt parasciphe id est ꝓparatio pasche hora
quasi sexta greca admixtum dei greco crebro vtebant
vocabulis parasciphe aūt grece dicit ꝓparatiō atime sic
dicebatur feria sexta qz in ea ꝓparabāt necessaria ꝓ sab
bato in quo aliquid decoqui vel ꝓparari non licebat ·
sicut et in deserto duplex māna feria sexta ꝓpter sabbatū
colligebant· Dicitur autez feria sexta ꝓparatio qz iudei
ꝓparabant se mundando et ingrue sexta die a deo est sa
ctus· Sexta eaā hora dominus ꝓ homine est crucifixꝰ
qz sexta hora homo in peccatū est lapsus· Nam vt di-
cit Hiero· qz hora ꝑma adam morte peccando induxit
eadē hora secundus adam mortē moriendo destruxit ·
Sexta qꝫ hora que maior diei feruor est crucifigi vo
luit ad ostendendū qꝫ ex magno feruore caritatis passꝰ
sit· tunc pylatus iussit Jhesū sisti iudicio et allegans
ꝓ eius liberatione dixit iudeis quasi subsannando Ecce
rex vester ꝑus dixerat Ecce hō ignominiā suā demon-
strās vt eos ad miserendū moueret· Nūc vero vt eos
magis moueat promice eis insultat dicens Ecce rex

vester ꝑmo conabatur eū liberare ꝑ xp̄i ludibriū sedo
ꝓuideor ob pbriū quasi diceret eis Ecce est q̄ hunc
hominē flagellatū illusū et abiectū diatis sibi vsurpa:
re regnū talis homo est q̄ regnū muadere vl captare
nō possit. Vnde erubescere debetis q̄ eū ē regē formi:
datis. Cōpaanimi ergo illi q̄ de eo timere nō opo:
tet vel tale q̄d suspicari et tamē pylatus sup hoc timet
ab eis apud cesarē accusari et sua potestate ꝑuari. Vbi
Criso. et mmix q̄ dicta sunt erant sufficiencia vt face:
rent eos de cetero ab ira cessare. sed trepidabāt ne di
missus rursus turbas ducat ꝛ omnia ꝓo hoc agebāt
Amor enī ꝑnapatus versutū quid est et animā sufficia
ens dēre ꝓterea magis mistunt hec Criso. Vñ iu:
dei sic furibundi damabant et ex habundāaa maliae
gemmādo dicebant Tolle tolle scz ad mortem et non
quācumq̄ sed turpissimā et acerbissimā et explicātes
genus mortis addiderūt et crucifige eū. Interficere enī
eū conabantur et morte exꝑbratissima formidātes ne
aliqua eius post ipsū fiat memoria quasi dicerent tol
le eū a nobis et a ospectu nostro. Grauis enī est no
bis ad videndū nec possumus eū videre auferq̄ eū de
medio et interfice. quanto plus audiebant q̄ pylatus
vellet liberare eū tāto magis clamabāt in otrariū. vbi
Beda q̄ totā accusaonē quā aduersus dominū detu:
lerant debra et solliata pylati interrogadone videbāt
euacuatā tamē impudia ad solas se ꝑces conuertunt
vt q̄d crimmādo et quasi maoando nequiuerant iaz
postulando et vociferando ꝓficiant quē exime ordinez
seruandi eā bratoz martiz ꝑsecutores tenuisse satis ec
desiastica demonstrat hystoria hec Beda. Oulassime
Jhesu quis tā durus et impius erit vt damores illos
horribiles tolle tolle crucifige eū sine damore spiritus
et gemitu aure corporis valeat audire seu mente tra:
ctare. Pylatus vero terzorē quē de cesare ingerūt ad
huc supare conatur et volēs de ipsoz ignominia eos
frangere quos de xp̄i ignominia non potuit mitigare
allegāsq̄ in xp̄i crucifixione eoz verecūdiā dixit eis
quasi subsānādo regem vestz crucifigā q̄d redundat
in vestrā ignominiā quasi diceret exquo eum regnare
formidatis et iā de hoc fama magna fuit nō est honor
vester q̄ rex vester cōdemnet et erit vobis verecūdia
si morte sic abiecta moriet et ideo si non moue:
mini ab eius humilitate debet vos mouere eius obꝓ:
brīū q̄d ēet si crucifigerē euz sed ille se a libertate regni
dei et xp̄i excludentes imgū dyaboli sumpserunt ac ꝑ
tue seruitutī et tyranmdi se subiecerūt dicētes Regem
non habemus nisi cesarē. Exquo patet q̄ extūc ꝑtue
romanoz se obligauerūt subiectioni renuncātes om
ni alteri regie dignitati. patet eāā eoz obstinaco ad
petrandū morte xp̄i cū ꝑ eius ꝑtuaone ofessi fūt
impetuū seipsos subiectos seruituti. Vnde Criso. ha:
buerunt dei regnū et traditi sunt regno romanoz q̄
q̄d habebant non intellexerunt et ideo q̄d pederunt ac
ceperunt. Hoc idē eāā facto clamant nostri pontifices
et ꝓlati seu curati qui suas ecclesias dimittētes ingerūt
se negocijs temporalibz pnapatus vel regni. ꝓ h aūt
intz uidei timorē pylato ingerebāt. Vnde dicit Aug⁹.
aptissime em̄ otra cesarē venire videretur si regē se nō
habere nisi cesarē ꝓfitentibz aliū regē vellet ingrere di
mittendo impunitū quē ꝓpter hos ausus ei tradiderant
occidendum. Ex articulo adductionis xp̄i ad tribunal
habent duo documēta. Primū est q̄ nos debemus tri:
bunal in mente nostra ostituere et ibi iudicio astare
sicut xp̄s stetit ante tribunal ꝓpter nos vt nos discre:
tum dei iudicium possimus dedmare iuxta illud Apo
stoli Si nosmetipsos diiudicaremus nō vtiq̄ iudica
remur. Secundū est q̄ nos tempore aduersitatis iu
dicium dei cū paciencia subeamus sicut dominus no:
ster ꝓ nobis ductꝰ aīt tribunal hominis obmutuit et
non aperuit os suum cū omni paciencia subiens iudi:
cium. Nos quippe tempore aduersitatis quasi ante dei
tribunal sistimur. Vnde Apo. post verba ꝓallemen
ta subdit. Cum aūt iudicamur scz temporalibz penis
a domino corripimur. q̄ vt dicit Glosa pena ipsa no
bis ꝓpria est purgacio vt non cū hoc mundo damne:
mur quasi diceret ideo bonū est nobis hic ꝓ punicio:
nem temporalē puniri et iudicari a deo vt hic correp:
ti non damnemur in iudicio futuro. Ad oformandum
se huic articulo attendat homo documenta iaz p̄missa
et orat mente deuota Jhesu q̄ ante tribunal pylati ad
duct⁹ et in iudicio sisti voluisti da michi ante tribunal
mentis mee ostendere et meipsū de culpis meis ostē
dere testimonio districtus iudicare. Judiciū q̄ tuū in
aduersis tam pacienter hic subire vt iudicio tuo extre
mo valeā securus astare sed pylatus timore mox vin
citur et a tramite veritatis et iustiae decoxatur. potes:
tem em̄ tota multitudine iudeoz waby magna vt cru
cifigeretur tamē miser ꝓses pylatus motus timore im
peratoris et fauore iudaica populi cui ipse ꝑere et a q̄:
bus pecunias leuare sperabat otra iustiā et sciencia
qua xp̄m innocentē noverat et in quo nulla causa erat
dedit sentenciam crudelissimam de morte innocentis et
ꝓ sentenciā diffinitiuam tradidit Jhesū eis vt crucifige
retur iudicio et potestate p̄sidis. Non dixit euāgelista
vt crucifigerēt eū sed vt crucifigeretur ꝓ p̄sidis iudicio
um. sed ideo illis traditū dixit vt eos crimine implica
tos in quo aliem ē conabantur ostenderet. Non em̄
pylatus hoc faceret nisi vt id q̄d eos cupere cernebat
impleret. Itaq̄ pylatus ambiciosus nolens amittere
pnapatū quā q̄ pnunciasset xp̄m innocentē ac ꝓ hoc
eū dimittendū volens tamē ad cōplacendū clamoribz
populi satisfacere id est eoz voluntatē facere et nō q̄d
erat placitū deo et iustiae timensq̄ ne accusaret de ce:
saris rebellione cū hoc eāā nullū suspicans piculū si in
nocentē paupertē morti adiudicaret maxime q̄ otradi
ctor aliquis non apparuit ꝓtulit sentenciā et iudicauit
eū ob culpā affectati regni ē crucifigendū. Quia em̄
iudei cesarē regē et dominū ꝓfessi sunt videns q̄ sic pro
testati romanoz se subiecerunt odemnant Jhesū qua
si vsurpantē cesaris potestatē et tradidit euz voluntati

eoꝝ ad crucifigendū. Que autē fuerit forma sentencie nō est expſſū ab euangelistis. In euangelio tamen nicodemi scribit qꝫ pylatus ꝓtulerit sentenciā sub hijs verbis gens tua opbauit te regem ꝓpterea papio te pmū flagellari ſm pñapū statuta. et demū in cruce alleuari. peccauit pylatus nec excusatur qꝫ cū uideꝫ ēet tenebatur ex officio seruare uſticiā et nec timore cedere debuit nec amore vt faceret ꝺra eā qui si ommno voluſſet quē uſtum ꝓnunciauerat eripere potuſſet Minus tamē peccauit qꝫ iudei. Instituit em̄ quantum potuit vt illū ex eoꝝ manibꝫ liberaret et eius motuum fuit minus malū qꝫ iudei ad occidendū xpm moti sunt p rancorē et odiū. Pylatus vero ꝓpter timorē cesaris et fauorē iudeoꝝ. Hic ergo eis cōsensit qꝫ cū effectu furoꝛi eoꝝ obuiaſſe potuit. Cōsentit em̄ qui cū potest arguere non arguit non tamē ꝺsensit cōsensu pleno sed coacto. Sicut autē tunc pylatus sic et hodie faciūt multi iudices timore vel fauore a veritate iudicij declinantes et iuſticiā subuertentes. Ecce quomodo innocentiſſimꝰ agnꝰ vt te a iudicō et lamēto iuſte et eterne damnacōis eriperet iniuſte ꝓpter te iudicō damnati pelegit ecce que nō rapuit ꝓ te ſoluit et tu aīa mea et nequā et impia nec deuocionis ſolius grauedmem nec opaſſionis refūdis effectū Cogita quantū amia eius clamauerunt quando illā sentenciā audiuerūt. sed maledicti gaudent et exultant qꝫ intentū suū prauuꝫ habēt rident et eū qui est verus et eternus deus deridēt et eius mortē quantū possunt accelerant. non beneficioꝝ et operꝫ eius recordantur non ꝓpter innocenciaꝫ eius mouentur et qō crudelius videtur non ꝓpter afflictionē quā in eo vident retrahuntur. et sic hora tercia crucifixus est dominus ihūs iudeoꝝ et sexta manibꝫ militū. Vnde Augꝰ. quomā iudei fecerunt interfectiꝛ xpi a se in romanos id est pylatū et eius milites trāſferre conati sunt ꝓpterea marcus ea hora qua cristus a militibꝫ crucifixus est que agi sexta iam cepat ꝓtermiſſa tercia ceraus et poeus horam recordatus expſſit qua hora intelliguntur damore potuiſſe crucifige crucifige vt non illi tantū reperiatur crucifixiſſe Jheſū id est milites qui cū ligno sexta hora suſpenderunt verum eā iudei qui vt crucifigeretur hora tercia damauerunt. Et iteruꝫ appitores potestatis hora sexta crucifixerunt. ꝑuaricatores legis hora tercia damauerunt qō illi manibꝫ hora sexta hoc iſti ihūs hora tercia rei magis iſti q̄ damando seuiebāt qꝫ illi q̄ obtemporādo administrabāt hec Augꝰ. Alij dicunt qꝫ in hora tercia dominus iam ꝺamnatus eductus sit et in hora tercia inceptā ē crucifixio eius et occupatis eis in crucifixione fluxit tempꝰ vsqꝫ ad sextā et in hora sexta crucifixio fuit ꝺnūata et ideo qō ꝺicatur de tercia verꝫ est de crucifixionis pñapio et qō ꝺicatur de sexta intelligit de eiꝰ ꝺnūacione ſm veritatē potuit ēe mediciliū horarum et hora media inter tercā et sextā et qꝫ medium denominatur ab vtrozꝫ extremozꝫ ideo ab euangelistis aliqñ ꝺicatur tercia aliquādo sexta. Vnde et insignū huius ecclesia omnium inter tercā et sextā celebrat missas solemnes qua missa celebratur in memoriā passionis Ex hoc articulo ꝺemnacionis xpi ad mortē p sentenciā habitur documentū qꝫ nos cauēamus ne vnicꝫ iuſtā mortis sentenciā anime vel corporis mereamur. Jterꝫ sicut saluator noster suſtinuit ꝓ nobis iniquā ab homine ꝓ nobis ꝺicta se ferri sentenciā. sic et nos ꝓ deo ea tare non debemus iniqua hominū iudicia. Vnde Apo. michi mquit ꝓ minimo est vt a vobis iudicer aut ab humano die. Ad ꝺeum modū se huic articulo ꝺcet homo dicēdo Jheſu qui sentenciā ꝺemnacōis ad mortem aūt crucis innocenter subire voluiſti fac me iuſtā mortis sentenciā siue in corpore siue in amma nō meteri et tui amore inīq̄ hominū iudicia non timere Dicta aūt sentencia reducatur dominus intus et spoliatur damide et purpura quibꝫ fuerat ab illis indutus et ad huc nudo corā eis existente vix datur sibi licencia vestiendi. Intuere hic dominū ſm ꝺsideracōnem supra de flagellacione posita. tamē vestimentis suis quibꝫ eum spoliauerant reinduerunt eū vt ductus ad mortē magis cognosceretur in veste ꝓpria qꝫ aliena et cū esset vestimentis suis reueſtitus ducūt eū foras quamdaꝫ ne mortē eius differant ampluis vbi ligāres fune manus et collū ipſius iudicium sue mortis ei imponunt et ipſū tamꝫ malefactoꝛē extra ꝓpriā ciuitatē eiciunt Jam venerabile lignū crucis longū et groſſū et multum graue ponunt supꝫ humeros suos delicatiſſimos vt portet ipſum ad locū vbi fuerat crucifigendus. Vt em̄ ꝺicatur in hyſtorijs oppinio est crucē. xv. pedes habuiſſe in longitudine et qꝫ lignū illud crucis reputabatur ꝓphanū et immundū et mors crucis ignominioſiſſima. qꝫ vt ꝺicatur in Deutro. maledictus qui pendet in ligno ideo nullus eoꝝ lignū illud ne dū portare sed nec tangere voluit et ideo impoſuerūt illud Jheſu vt iam damnato. Agnus autē māſuetiſſimus pacīēter ſuſtinuit ſuſcepit et portat patibulū suis humeris in angariā mortis tendens ad locum paſſionis. Vnde Augꝰ. hic adimpletur illud Yſa. cuius pñapatus supᵭ humeꝝ eius. Pñapatus em̄ xpi est crux eiꝰ ꝓpter quā ſm Apo. deus eū exaltauit et sicut in signū dignitatis alij baltheū alij mitrā portāt sic et dominus crucē et in quibus inimicis non aliter in nobis regnare Jheſū niſi p asperitates quo fit vt deliciosi inimici sint crucis hec Augꝰ. Completur eaā nunc figura Yſaac obedientis et ad patris uſſiū lignū ꝓ suī ꝺmolacione portātis. Et ſm Criſo. quomodo Yſaac dimiſſus est et mactatus aries sic et hic diuina natura manet impaſſibilis sed mactata est humanitas herēs coꝛibꝫ inter vepres id ē inter reatacula peccatoꝝ quibꝫ natura humana detinebatur hic eaā opletur vidue sarepteue figura que collegit duo ligna. Vñ Anhel. vide anima mea quomodo ꝓ omnia vir iſte coartaē et spermitur sub crucis onere deorsum incuruare iubetur et suipſius portare ignominiam. O spectaculū vides ne ecce ꝓmapatus eiꝰ supᵭ humeꝝ eiꝰ hec virga ē eētatis virga regni

sui. Vnde et Jero. hic eduatur abel magz a fratre vt
pimatur hic adest Ysaac cū lignis et abrahā cū arie-
te veprib⁹ herente. hic adest Joseph cū grammeo fa
ste sommato et tumca talari sanguine linita. hic adest
moyses cū virga et serpente suspenso in ligno ḃ adē
botrus in ligno portatus. hic adest helyseus cū ligno
ad querendā securim quem ymo demersa erat et na-
tauit ad lignū id est genus humanū qđ a ligno vetu-
to in ferrū cadit p lignū crucis xp̄i et baptismū aq̄
ad paradisū natauit. hic adest Jonas de ligno sortis
in mare ventrēq; cēti triduo missus. Dñ eaā Aug⁹.
grā de spectaculū si spectet impietas grande ludibriū si
pietas grande misterū si spectet impietas grande ig
nominie documentū si pietas grande fidei mumimētū
si spectet impietas videt regē p virga regni lignū sui
portare supplicij si pietas videt regē baulātem lignū
ad semetipsū figendū qđ fixurus fuerat eaā in fronti-
bus regū. In eo spernendus oculis impioz in quo
erant gloriatura corda sanctoz. dicturo em̄ paulo
michi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Jhesu
xp̄i ipsam crucē suā suo gestās humero commendabat
et lucerne arsure q̄ sub modio ponenda non erat can-
delabrum ferebat hec Aug⁹. portat autē xp̄s crucē vt
rex sceptz in signū glorie q̄ est vniuersale rex omni
um dominū. Jtē vt victor tropheū et signū sue victo
rie quo primapatus et potestas expoliādo trūphauit
Jtem vt doctor portat candelabz in quo ponēda erat
lucerna sue doctrine q̄ signū crucis fidelib⁹ est virt⁹
dei et sicut fūmus sacerdos quādo iuit ad tabernaculuz
vt intraret ad sancta sanctoz portabat dauem sup hu
merz suum sicut xp̄s vadens ad tabernaculū sancti san-
ctoz et volens nobis aperire portauit dauē scz crucez
sup humerz. Baulaac crucis xp̄i p̄figurata fuit in ysa
ac filio abrahe. Ysaac em̄ ligna ꝑtis humeris fere-
bat in quib⁹ eū pater suus immolare volebat sic xp̄s
ꝑtis humeris crucē baulauit in quo ipsū gens iu-
deoz suspendere affectauit. Ysaac ad obediendū pa-
tri se voluntarium exhibuit filius dei patri suo celesti
usq; ad mortē obediuit. Duo autē populi Jhesum ad
interficiendū eduxerunt videlicet iudei qui corde et gēti
les qui opere hoc fecerunt isti olim p duos exploza
tores p̄figurati erant qui botz de terra promissionis ad
desertū afferebāt p botz p̄figurabatur filius dei Jhesus
xp̄s qui p hos duos populos de Jherusalē in locū cal-
uarie est ductus. p botz illū pbabāt filij Jsrahel ter
re promissionis bonitatē p doctrinā xp̄i possumus ostē
dere patrie celestis suauitatē. Eduxerunt eū autē extra
muritatē quoz em̄ animaliū sanguis inferebat in san-
cta sanctoz hoz corpora educebātur extra castra cum
cremebātur et ymolabātur. Baulās vero crucē p hoc
nos inuitat ad sui sequelā sicut ante dixerat mouendo
ad eā si quis vult post me venire abneget semetipsuz
et tollat crucē suā et sequatur me. Sicut em̄ xp̄s au-
ctor vite sentenciā mortis sup eū data crucē sibi bau
lans ostentim ad locū supplicij foras eduatur tamquā
malefactor q̄ huius mundi vita indignus estimat
sic verus xp̄i imitator seipsū abneget crucē suā tollē-
do et extra castra secū exeat imperia eius portando tā-
quā purgamentū huius mundi factus sempz mortifi
catiōnē Jhesu in corpore suo ꝙcūferat vt et vita Jhe
su in corpore suo tandē manifesta fiat. Et nota q̄ hec
tria q̄ exuerunt eū veste regia et induerunt eū vesti-
bus suis et duxerūt eū vt crucifigerent figuratiua sunt
passionis in corpore mistico scz in ecclesia maxime tē
poribus antixp̄i. exuiāo regie vestis est spoliacio terre
ne potestatis induacio ꝑtie vestis et reuersio ꝑstine
pauptatis ductio ad crucifigendū est violencia ꝑsecu
cionis finalis. Cum igitur xp̄s pylato impante p̄cone
damante baulans sibi crucē traheret ad supplicū. tūc
eū ducēdo et accelerando et obprobrijs saturando factus
est cursus populoz post ipsū euntiū. alij sup ipsum
plangebant. alij illudentes ridebant. alij lutū et immū
dicias in caput et in facē eius ꝓiciebant. sed ipse q̄si
agnus innocens et vt ouis coram tondente se mutato
capite mœdens ad omnia tacebat qm̄ tamq̄ ouis ad
occisionē ductus est et non aperuit os suū. et sequebat
eū triplex turba. prima carnificū que eū p̄mebat. secū-
da iudeoz que eū irridebat. tercia amicoz q̄ anxie lu-
gebat. et insup quarta illoz qui ad videndū spectacu
lum veniebant. Vnde non eadē mente sequebat sed q̄
dam vt leti morientē aspicerent quē viuentē oderunt
Alij vt morientē plangerent quē viuentē dilexerunt
Ductus est autē cū socijs duob⁹ vtiz latrombz p me
diuz vrbis vbi eius confusio patebat singulis ad fores
et ostia confluentib⁹ et hec est societas sua. O bone Jhe
su quantā tibi verecundiā isti faciunt latrombz te as-
sociant sed et ceterus tibi faciunt q̄ crucē portandam
imponunt qđ de latrombz non legitur. Vnde non so-
lum cū iniquis deputatus es sed et iniquoz iniquoz
Judiabilis est domine patiencia tua. hoc ad litteram
ꝑfectū fuit p p̄phetas iudeoz vt xp̄s infamaretur so-
cietate latronū et a vulgaribz videtur in crimmibz eoz
partiapasse et sic ipsi viderentur iuste mortē eius ꝑfe
rasse. Sic et hodie frequenter maligni faciunt qui suaz
nequiciā p bonoz infamiā operire querunt. p iustitiae
eciam subuersionē hodie in multis locis deputant iu-
sti cū iniquis. xp̄s autē p̄misit hoc fieri vt ostenderet
q̄ p peccatoribz vellet pati. vnde Beda Sed ille cum
iniquis deputatus est in morte vt iniquos iustificaret
in resurrectione qui cū in forma dei esset ꝓpter homīes
homo factus est vt hominib⁹ potestatē daret filios dei
fieri hec Beda Occurrere ergo nunc aīa et vide ama
torem tuū et dominum p te crucē baulantē et ad pati
bulum ꝓperantem ac tua crimina suis penis expiantem
Cerne eū quomodo sub onere crucis curuus mœdit et
vehementer anxius anhelat compatere ei quātum po-
tes in tot angustijs et ludibrioz renouacionib⁹ posito
certe bene faceres si uuares dominuz tuum et diceres
Date obsecro michi crucē domini mei et ego portabo
eam. Nuia vero mesta mater et meroze affecta ꝓpter

multitudinem populi appinquare ei non poterat nec
eū videre iuit celeriter p aliā viā breuiorē et opendio
sum cū socijs suis et Johāne et alios p̄cedens valeret
eidē appximare. Cum autē extra portā ciuitatis in cō
cursu viaz eū obuiā haberet cernēs eū sic oneratū exa
nimata ligno tā grandi qđ ante non vidērat semimor
tua facta est et pene exammata p angustia nec ei ver
bum dicere poterat nec dominus sibi acceleranus ab
bijs qui eū duxerunt. O q̄ tristes et dolentes q̄ damā
tes et plorātes ibant mulieres et sancte sustentantes
dominā nostrā matrē eius nō valentē se sustētare seu
sustinere ymo dicit in terrā corruisse. Credē q̄ ipsa li
benter crucē portasset si potuisset et quātus non possit libē
ter accepisset. Vñ et Anselm. hac voce vt reor sequeba
tur dicens vadis xpicator solus ad ymolandū p om
nibus non tibi occurrit petrus qui dixit p te moriar.
Reliquit te thomas qui ait cū eo omnes moriamur
et nullus de bijs nisi tu solus duceris q̄ me conseruasti
castā filius meꝰ et deus meus. vez hec verba ex mag
ne pietatis affectu p̄ducta ita ad hoc memorasse suf
ficiat vt oculus ea pietatis attendens dū tante matris
gemebundis affectibꝫ opatitur fructu pie amoris il
lius aliquādo remunerari mereatur hec Anselm. vltriꝰ
autē dominus p̄cedēs paz post vertit se ad ipsas mu
lieres sequentes et flentes q̄ eā nouit dominus q̄ fuit
eius p̄term̄issa furētis populi turba ad amātes et plā
gentes se feminas oculos et ora cōuertit. Suos eā
dominus libenter respicit et dixit eis filie Jherusalē no
lite flere sup me nec lamentamini me morituz cuius
ato resurrectio morte soluere potest cuiꝰ mors et om
nem mortē et ipsū mortis auctorē destruet. Non eā
oportet flere eū qui p̄pria patitur spōte sed magis ei
applaudere. vbi cū filias Jherusalē appellat dat intelli
gi q̄ non solum mulieres de galilea eū secuti sunt sed
eā alique mulieres eiusdē vrbis p deuocationem ei ad
herserunt. typuz gerebant iste mulieres eoz qui alijs
cōpatiuntur et miserentur sed non sibi alioz peccata de
plorant et accusant sed de suis moribꝫ non curant. cō
tra quos dicitur in Ecc. Miserere anime tue placens
deo non ergo p̄hibet dominus compassionē sed p̄dicat
aliā luctus causam. Vnde subiungitur Sed sup vos
ipsas et sup vestros flete et supimminenti exadio vr
bis et gentis vestre vos q̄ ipsas et vestrā pgeniem dig
nis lacrimaz fletibꝫ abluite ne in vltionē mee mortis
damnemini eā cū p̄fidis. Sm sensū litteralē fletus ad
quē induxit xp̄s mulieres fuit p̄pter miseriā p romā
nos sup iudeos venturā et illa miseria figura fuit mise
rie sup incredulos p̄spiritus malignos venture pro
cuius euasione flendū est et orandū ante terminū hu
ius vite. Quomā ecce venient dies scz. xl. anno post
passionē xp̄i in quibꝫ steriles que non genuerunt et la
ctauerunt dicent Beati q̄ agiliores erunt ad fugien
dum q̄ grauide et p se solam anxie. In die q̄ iudicij
parentes dicent filijs se ee damnatos p̄pter minuā amo
rem filioz et econuerso filij dicent se ee damnatos p̄pter
amorē et sequelā parentū. Tunc incipiēt dicere mō
tibꝫ cadite sup nos et collibꝫ operite nos q̄ aliquid p
horroze miserie tūc dicebant vtz montes caderent su
per nos et colles opirēt nos similiter in die iudicij hoc
dicent repbi obstātes abscondi a facie domini. Quia
si in viridi ligno hec faciunt in arido quid fiet xp̄s ꝟ di
citur lignū viride faciens fructū et p cōsequens indig
num abscisione p mortē populus aūt iudaicus lignū
aridum infructuosū et p cōsequens dignū abscisione
p mortē. viride ea lignū et fructifez sunt iusti et ele
cti sed aridum et infructiferum peccatores et impij si
gitur in viridi ligno id est cristo omnium virtutum
virente hec faciunt id est tot tormenta inferuntur in
arido id est in populo iudaico et peccatore ab omni ho
nore grē destituto et arefacto quid fiet certe grauius
punientur quasi omnibꝫ dicerē si ego qui peccatū nō
fec et fructuosus fui igne passionis de mundo nō
exeo q̄ tormenta manēt peccatoribꝫ et impijs q̄ fructi
bus sūt vacui. Certe domine Jhu xp̄e vez est si tu ar
bor sancta lignū vite fructuosū et benedictū tāta pa
teris et tanta tua spoliaris quid erit de nobis miseris
qui sumus lignū infructuosū et siccū aptū p igne et
iehēne incendijs. Si ergo incipit iudiciū de domo dei
et omnes qui volunt pie viuere in xp̄o psecutionem
patiuntur quis finis eoz qui non credunt dei euāge
lio et impie viuunt. Vnde Aug⁹. Si hinc sine flagel
lo non exijt qui huc sine peccato venit quomodo fla
gellis digni non sunt qui huc cū peccato venerūt. Vñ
et Gre. quodiens mortē saluatoris attendo et patientā
am Job et mortē baptiste cōsidero tibi dico O peccator
hinc cōsidera quid passuri sunt illi quos repbat sic tan
ta passi sunt quos amat hec Gre. Bonū est de bijs co
gitare vt cogitatio tante angustie nobis timorē in
cuteret et timor meestus a nobis peccatū ipetratū expel
leret vel a ipetrando arceret exemplo Jero. dicentis
siue cōmedam siue bibam siue quid aliud facā semper
videtur auribꝫ meis insonare illa vox terribilis surgite
mortui venite ad iudiciū. in p̄dictis duobꝫ locis que
modo sunt in ipsa anxietate. sed extra ecclesiā sepulchri
scz vbi xp̄s obtinuit matri et vbi se vertit ad mulie
res et adhuc vt dicit apparent vestigia ecclesiaz que
ibi facte fuerunt in illoz memoria. Cum ergo domi
nus viterius p̄cessisset et ita fatigatus ac fractus et ex
afflictione p̄cedenti debilitatus esset q̄ lento gradu in
cederet et amplius crucē portare nō posset deposuit eā
vt aliquantulū pausaret. Illi autē pessimi nolētes dif
ferre mortē eius timentes ne pylatus sententiā reuoca
ret q̄ voluntatē dimittendi eū ostenderat. Coegerunt
symonē cyreneū dictum a cyrenen ciuitate libie pa
tris alexandri et rufi discipuloz domini de villa veni
entem et ad ciuitatē eundo eis occurrentē vt portaret
crucez post Jhesum vsq̄ ad crucifixionis locum. hoc
aūt non fecerunt ex compassione ad xp̄m sed vt cito
ducerentur ad crucifigendum. Imo vt ostenderent eū ee
hominē fatigatū infirmū et sic nō credere dei filiū. Vt

aūt dicit Aug⁹. Nullus alioꝝ accipiebat crucē bauu: lare eo qꝺ lignū detestabile putabatur et ideo Symo: ni cyreneo quasi m quādā iacturā imposuerunt crucē portandā quā alij recusabāt q̄ putauit eam corporaliter et ni vite non spiritualiter et voluntarie. tū qꝺ hoc erat turpe. tū qꝺ forsan illi erat Jhesu discipulus licet occul tus. Et vt dicit Jero. Nomē istius Symonis hic exp̄ mitur racione filioꝝ suoꝝ qui erant xp̄i discipuli. Cru cem Jhesus diu portare non poterat qꝺ ex afflictionib⁹ p̄cedētib⁹ fatigatus erat et ideo uidet crucē Symoni por tare post Jhesū imposuerunt. m quo docemur qꝺ qui libet debet portare crucē penitencie q̄diu potest sed cuꝝ vlterius non potest tunc placet xp̄o qꝺ alius p eo por tet. Iste Symon ꝑm quosdam non israhelita sed pe: grinus et aduena qꝺ fuerat gentilis et factus fuerat p selicus. et licet ipsi tamq̄ cōtemptibili imposuerit cru cem Jhesu hoc tamē non vacat a misterio. Significa ut enī qꝺ gentilitas ab ipsis humeris et mmediate cru cem susceptura ad redempcionē erat que et tenebras ignoracie ydolatrie extirparet qꝺ alexander interp̄tat et totā ecclesiā de gentib⁹ sanguine suo decoraret qꝺ sig nat rufus et pomma meroꝝ genaū p obediencia de: poneret qꝺ interp̄tatur Symon et heredes regni faceret qꝺ interp̄tatur cyreneus et crucē xp̄i m altū extolleret qꝺ sustollere crucē xp̄i signat et ad hoc cōpellerent tu: dei p hoc qꝺ verbum crucis reiecerunt reuerencia qꝺ signat angaria. Ipse ergo xp̄s primo passionē crucis sustinuit et postmodū alij et maxime aduene gētiles eū imitando. Sapiencia enī diuina ordinauit vt ip se dominus crucē primo portaret et portādo nobis por: tādā p̄beret. Vnde Hylarius indignus enī uidens erat xp̄i crucē ferre qꝺ fidei genaū erat m reliquū et crucem acapere et cōpati. Vnde et Glo. Ecce non hebreus sꝺ alienigena et pegrinus ob p̄cio xp̄i subditur vt ple tudo sacramentoꝝ transire ad gentes a uidis ostenda tur. Symon quippe obediēs interp̄tatur cyrene⁹ he res vnde bene p eū designatur xp̄iana ex gentib⁹ uersi qui quondā pegrini erant testamentoꝝ dei sed nūc cre dendo et obediendo diuinis mādatis facti sūt aues san: ctorum et domestica atq; heredes dei. coheredes autem cristi hec Glosa de villa autꝝ symon egrediens cru: cem portat post Jhesum cum populus nacionum pa ganis ritibus derelictis vestigia dominice p assionis obedienter amplectitur. Villa enim grece pagos vo catur a qua pagani nomen trahunt. Vnde paganos appellamus eos quos a cultu dei alienos videmus. Vnde Theo. ille tollit crucē suā qui venit a villa id ē qui dimittit hunc mundū et opera eius m Jherusalem id est m supernam quietem tendens. Ex hoc articulo baptismatis cruas sumuntur duo documēta. Primū est qꝺ nos xp̄iani crucē portare debemus post Jhesum qꝺ xp̄s passus p nobis reliquit nobis exemplū vt se quamur vestigia eius. Vnde Glosa por dominus cruc: cem portat qui por passus est postea imposita est Sy monī cyreneo post xp̄m portanda qꝺ debemus sequi vestigia eius. Vnde vt dicit Ambro. nō p̄cessit Symō sed sequebatur hunc dominus. In Euāgelio Si quis vult post me venire tollat crucē suā quotidie et seq̄: tur me. Vbi tria monet necessaria portanti crucē post Jhesū videlicet qꝺ portet eā voluntarie et non angari atus sicut Symon iste. Vnde dicit si quis vult. Item q̄ portet crucē suā sez p̄priā non sicut iste Symon alienaz Vnde dicit crucē suā Item qꝺ portet crucē nō p mani sed dei gloria. Vnde dicit et sequatur me. Notandum aūt ꝺm Aug⁹. qꝺ crux domini nō tantū illa dicitur q̄ tem pore passionis xp̄i ligni affixione ostruitur sed et illa que totius vite curriculo cunctaz disciplinaz virtuti bus coaptatur. Intelligendū ergo crucē non lignū pa tibuli sed vite virtutisq; p̄positū. Tota igitur vita cri stiani hominis si ꝺm euangelium vocat crux atq; marti: rū est hec Aug⁹. Et ista est crux q̄ quotidie est por: tanda. Hanc autē quidā portant voluntarie vt viri perfecti imitatores xp̄i quidā mute sicut qui cū mur: mure et coacti alicui se districtioni subiciunt vel bonū faciunt. Quidā eā portant crucē alienā nō suā sicut qui abstinenciā et districtionē sanctoꝝ p̄dicant sed in se non seruant. vel qui sub regula artissima se milita: re gloriantur sed p̄ eius obseruāciam non mortificātur. Quidā insup crucē portāt sed xp̄m non sequuntur vt q̄ p laudē humana laborāt sed adhuc dei dilectione nō trahuntur. Vnde sicut Symon crucē portāt et nō mo riuntur qꝺ corpus quidē p labore affligunt sed p desi derium glorie mundo viuunt p̄mi figurant in domino et hij faciūt penitenciā meritoriā. alij figurant in Symo ne et hij faciūt penitenciā ꝺ nō meritoriā. Vñ Hieron ve semel et ve itq; crucē portātib⁹ et nō sequentib⁹ xp̄m. ve portantib⁹ crucē non sicut saluator suā sed ad angariā sicut cyreneus alienā. si crucē portas cū crucifixo cur non moreris mundo hec Hieron. Sponte igitur et cri sti amore crucē tuā porta post Jhesū quotidie et sem per oculū mentis in eū dirige et leuius portabis que cumq; pateris. Vnde Aug⁹. quantūcumq; p̄sentat nob p̄sentis temporis tribulacio parua patimur si recor: damur quis p nobis iuit ad crucis patibulū quis nō imitat ad gloriā Caue ergo ne vmq̄ crucē xp̄o fabri ces vel dorso eius imponas. Crucē enī xp̄i ad crucifi: gendū ipsū phibetur carpentare qui ad p̄petranda ma la conatur cōsiliū et auxiliū p̄stare. et dorso xp̄i crucem baiulandā impomt qui peccatū suum diuine ordina: cioni attribuit. Secūdū documentū est hic ꝺm Theo philum qꝺ qui ad modū xp̄i magister est debet ipse p̄: mo tollere crucē et timore dei p̄priā carnē crucifigere vt sic subditis et obedientib⁹ salutari ea angaria impone re. Ad cōformandū se huic articulo rememoretur ho: mo quanta caritate xp̄s crucē portauit et quanti pon: deris crux illa fuerit cui omnia peccata mundi erant im posita que omnia agnus immolandus m humeris suis portauit potuit ea homo p ymaginacionē recolere q̄si ipse crucē portet post Jhesū et cū Jhesu ad mistar Symonis cyrenei vel alias put deuocio ministrabit.

Jhesu qui crucē tuā ꝓpijs humeris baiulare voluisti
fac me crucē aroꝛis conscientie sponte apprehendere
eāq; post te q̄tidie baiulare. Et nota q̄ quatuoꝛ poꝛ-
tauerunt crucē eaā materialē sc̄z latro siniſter qui sig-
nificat impenitentes q̄ de crucē p̄sentis penalitatis trā-
seunt ad crucē eterne calamitatis. latro dexter qui sig-
nat vere penitentes. symon q̄ signat de penitēcia mur-
murantes. et xp̄s qui signat innocentes alioꝛ peccata
poꝛtantes p̄mi sustinent penā sed non faciunt penitē-
ciam. secundi faciunt penitencīā sed meritoꝛiā et ꝓpiā
tercij faciunt penitencīā sed non meritoꝛiā. quarti faci-
unt penitenciā non ꝓpriam sed meritoꝛiā. Primo itaq;
Jhesus crucē suaz quādiu poterat baiulauit postea im-
posita est symoni cōgruo oꝛdine misterij. Jhesū autē
sic exoneratū sed vt latronē ligatū duxerunt in golga
tha qō interp̄tatur caluarie locus ad crucifigendū da-
mantes et voꝛantes post ipsū et ista ductio fuit ex
pbꝛosioꝛ et penosioꝛ inter omnes de quibꝫ dictuz est
supꝛa pluribꝫ de causis. Primo racione ignominie qz
valde ignominiosū est duci ad patibulū. Secūdo ra-
cione societatis qz ducebatur cū eo et alij duo nequā
vt interficerentur qō ꝓpter aliter factū est ad maioꝛez
suā cōfusionē vt non videretur distinctio inter xp̄m et
alios nequaz. Terao racione multiplicis comitiue et
turbe que eū sequebantur sed non vna eademq; mēte
Quarto racione loci ad quē eū duxerunt qui hoꝛroꝛez
p̄stabat pariter et feꝛoꝛē. Ex isto articulo deductionis
in golgatha ad crucifigendū tria trahuntur documēta
Primū est q̄ sicut xp̄s voluntarie ductus est ad cruci-
figendū tamquā ouis ad victimā sic et nos voluntā-
rie ducamur ad obedienciā mādatoꝛ dei et p̄latoꝛ vi-
te dei qua ꝓpria voluntas mactatur. Secundus est q̄
sequi debemus xp̄m euntē ad locū sue passionis super
nosipsos flentes cū mulieribꝫ miseriam nostre fragilis
cōdicionis. Nuda vt dicit Theo. Mens infirma q̄ sig
nificatur p femmā si sumpta coꝛdis cōtricione p pe-
nitenciam flet sequitur xp̄m. Vnde hāc ꝓcessionē plan-
gendam et lugendā post dominū rep̄sentamus quan
do ꝓcessiones et letanias p aliquibꝫ imminentibꝫ pi-
culis facimus sequentes crucē que ante ꝓcessionē ba-
iulatur quasi dicamus exeamus ad eum extra castra in
ꝓpertū eius poꝛtātes et sic mixta mandatū domini plā-
gimus supꝛa nos et supꝛa filios nostros. Similitudinem
ergo passionis illius et ꝓcessionis amarissime quam
dominus Jhesus xp̄s cōdemnatus feꝛat dū ad locū pas
sionis ducēretur explendo animo dolenti cōqueraris
crucifixo q̄ affectū tam feruidū ad suā passionem put
dignū est non habeas sicut nec hactenꝰ habuisti. Ter
cū ē q̄ peregrini p penitēciā et religiosi p obediencia
p vias euntes si aliquando lassantur rememoꝛi debent
istius itineris xp̄i quo ad patibulū ducebatur quomā
ita lassus fuit q̄ crucē p se amplius feꝛre nequiuit mi-
mix cū p totā noctē et diē illā multipliciter fatigatus
fuerit. Si ergo saluatoꝛ noster tantā lassitudinē cuz
tanta ignominia ꝓpter nobis sufferre dignatus est cur et
